

* Pupillus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

PUPILLUS quem *opponis* appellant Graeci, est impubes, qui in patris potestate esse desit morte, vel emancipatione, ut docet Pomponius L. Pupillus, Dig. de verb. significat.

S. Hieronymus hoc distat pupillum, & orphanum dicit, quod pupillus sit, qui non habet patrem: Orphanus, qui nec patrem, nec matrem.

Videatur autem haec vox derivari à Pupus, & velut per diminutionem deducti, quamvis à significatione primitivi non nihil degeneret.

PUPILLORUM CURA. TUTELA.

Deus in veteri lege inter alia praecepta moralia, etiam istud dedit, vidua, & pupillo non nocbitis. Exod. 22. Ad idque. Si laeseris eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum. Iteum. Eccl. 4. In iudicando esto pupillis misericors ut pater.

Quantam autem eorum curam Deus gerat, patet ex hoc, quod Joseph patriarcham à fratribus venditum, matre mortua, & à patris potestate detractum, fovet, etque propitius exiterit in omni angustia, & tribulatione.

MOSI à parentibus in flumen eiectione fuscitavit filium Pharaonis, quae parvulum excepit, aluit, & in filium adoptavit.

ESTHER regina Mardocheum habuit tutorem, & Regina effecta est, ac Deus benefecit illius intuitu Asuero, dum consiliis Mardochei à summo vite discrimine eximitur.

S. NICOLAUS Miræ Episcopus, pupillis auxilio etiam fuit, quando ut tres filii nobiles, quarum pudicitia profuturanda erat, pecunia per fenestram injecta, quae illarum doti sufficeret, honestis viris traderentur, causa fuit.

Quin summam erga pupillos providentiam S. Carolus Borromaeus exercuit, qui quotannis solitus pauperiores filias, quae ad saecularia vota transire volebant, in matrimonium collocare, & luculenta dote ad onera familiae sustinenda subvenire. In vita.

Insignem interim Dei erga eosdem curam, & sollicitudinem arguunt historiae eorum, qui cum à parentibus deserti, atque expositi essent, omnique humano praesidio destituti, à bestis nutriti, atque educati leguntur. De qui. Vide Locum educ. à best.

IMPIETAS PUNITA.

Gravissime ergo delinquant, qui pupillos opprimunt, & non timentur.

Sic peccavit Pharaon Rex Aegypti, quando parvulos omnes Hebraeorum maculosos iussit occidi, & totum populum Israeliticum supra vires laborare coegit, & ab exactoribus operum verberari, ac flagellari, si quando non implerent opus, quod tyrannice imperabat. Exod. 3. & 14. Quod peccatum clamor in caelum, ut habetur Exod. 30. Et graviter punivit Deus oppressionem illam, ut habetur Exod. 22.

David in quadruplum jubet reddi ovem, quam à paupere dives si acceperat, ad excipiendum amicum. 2. Reg. 13.

In Prov. 23. dicitur, In agris pupillorum ne irruas, nam vindex eorum fortis est, is patrociniū suscipiet causam illorum.

Cresphontes in divisione regni Helleniorum deceperat pupillos haeredes filios Aristodomi, & in eis illud transtulerat. Ob quam fraudem, qua orphanos deceperat, à civibus interfectus est. Pausanias.

* Purgatio.

IN GNERE.

* Item PURGATIO CANONICA, ET VULGARIS.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

PURGATIONIS vox notam habet significationem, denotat enim emundationem, sordium extinctionem, nitorem, & puritatem; purgo enim dicitur quasi purum ago. Unde purgatio *adhibetur* Graece. Transferitur autem per quandam similitudinem, ad significandam innocentiae ostensionem, aut criminis obiecti detestationem.

Hinc Purgatio Canonica dicitur ostensionem innocentiae de obiecto criminis, iuxta factorum Canonum decretum facta. Ita Sylvester. V. Purgatio. Vel quae regulis Ecclesiastici Juris est consentanea.

PARTITIO.

Canonica Purgatio duplex est, una per Jusjurandum, quae Concilio Tribuniensi probatur, c. si quis pres. 2. q. 4. & testatur Cromerus 1. 19. bis. Poloniae Sophiae reginam de iustro accusatam, suo & 7. honestissimarum matronarum iurejurando purgata, sic ut etiam quoad laicos obtineat.

Quoad Ecclesiasticos, patet ex consuet. Greg. Magni, qui varios Episcopos sic se iussit purgare. c. presb. cum 4. sed. d. b. 4. Atque idem statuit Alexander, Innocentius, Leo, Item Sixtus III. & Leo III. idem sanxerit c. mandata. sic. auditum, & Pelagius, ut scribit Siger. Altera est per summationem SS. Eucharistiae, quam Hieronymus impuro ore vocat furiose explorationis speciem comment. de feniis. Vetus veteribus Germaniae decretis probata fuit haec purgatio, & alibi observatum voluit, ut in monasteriis, fratres se communionem Domini corporis expurgerent, immò si Episcopo, vel Presbytero maleficium imponatur, hoc modo se purgare jubentur. C. si Episcopo ibid.

Nec desunt exempla optimorum Pontificum. Siquidem Nicolaus Regem Lotharium, qui contra pacta adulteram in thalamum reduxerat, pro combustionem innocentiae, tam Regem quam optimates ad examinationem corporis, & sanguinis Domini invitavit, quod illi temere acceperunt: at Rege in itinere Placentiae itam moriente, etiam reliqui intra annum mortui sunt. Siger. in Chron. anni 876.

Imperator Henricus quamvis moribus impiis, exhorruit tamen simile sacrilegium committere, postquam à Gregor. VII. sancto Pontifice, quem simoniae, aliorumque criminum iniimulaverat, ad id invitarat. Narrat proxime historiam, esse verè memorabilis, Delrio, 1. 4. c. 4. q. 3. disquis. misic. c. Lamb. Schaßnaburgensi. & accidit anno 1077.

* VULGARIS PURGATIO.

Vulgares Purgationes dicuntur illae disquisitiones, quas vulgi usurpatio, & superstitiosa observatio introduxit, immò pleraque per Canones vetita, quibus eventu fortuito, veritas culpa vel innocentiae decidenda permittitur, vocantur à Latinis exploratoriae probationes, & Barbaro vocabulo in consuet. Neap. Leges paribiles: eo quod rem non fieri, sed apparere tantum faciant, ait Delrio supra.

Talis purgatio est, quoties proficit à Deo miraculum, veluti si quis innocentiae confusus, petat se percuti gladio ad probandam innocentiam, ut factum in scemina septies ida, de qua Hieronym. in Epist.

Sunt, qui invocant ad iudicium divinum, ut nempe Deus ultionem accipiat, aut statuto tempore ad comparandum coram illo persequentes se citant, de provocatione diximus multa. Tit. de appellat. & videat Lector Delrium supra sed. 1.

Fuit olim frequentissima purgatio per monomachiam Gertium Palaeis usitata: fuitque maxime in usu post Barbarorum in Italiam irruptionem, apud Longobardos, Germanos, Francos, Hispanos ob quodvis grave crimen obiectum. Vide latè Delrio supra c. 4. sed. 4. & in hoc opere, de Daello dicitur.

Vulgaris etiam fuit olim purgatio per ignem, puta contritionem ferri candentis, aut chirothecae aeneae, incessionem per prunas, aut togam. Vide etiam Delrium supra sed. 3. & Locum de ignis. in opere.

Etiam alia quibusdam adhuc in locis adhibetur per aquam sive calidam, sive frigidam, idque ex mala imitatione poculi *velocypiae*, quod apud Judaeos Moyses introduxerat. Videatur Delrius, & hic Locus de Magia. Legatur etiam Lessl. 2. de iust. c. 45.

Idem Delrius e. 6. supra, plures alias vulgares probationes adducit, & quid de his sentiendum, docet: ad quem recurrit, qui plura de eo argumento desideraverit.

* Purgatorium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

CATHOLICORUM de Purgatorio sententia est, quod sit locus subterraneus, sive ut loquitur S. August. in Enchirid. c. 109. receptaculum, in quo quae continentur anima, medium quendam statum habent inter felicitatem electorum, & damnationem reproborum. Ita ut, ex quo in hac vita non plenè satisfecerunt pro peccis temporalibus, peccato autem debitum, culpaeque levioribus, peccato nemo in caelum introire possit; hic plenè purgantur, & satisfaciunt.

Et quidem talem animum statum esse, luculentissimè à Catholicis demonstrari potest, ita ut merito illius assertio de fide pronuntietur.

EX SCRIPTURA S. TESTAM. VET.

Historia sacra Machabaeorum. 12. c. 12. memorat, Judam Machabaeum fortissimum Principem, collatione facta, misisse 1200. drachmas argenti Hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificiis: & subiungit Sancta ergo, & salubris est cogi-

cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Tam Argo Judas, quam Scriptura agnoscentem eo tempore talem animarum statum, quo à peccatorum reatu poterant solvi. Idcirco enim pro his sacrificium offerri voluit, quos tamen cum pietate dormitionem accepisset sperabat; quod tamen, ne qui peccatorum, qui ceciderant, propter aliquid peccatum in futuro saeculo punirentur. Libros autem Machabaeorum teste S. Aug. 1. 18. de Civ. Dei, c. 36. non quidem Judaei, sed Ecclesia pro Canonibus detentat, unde argumentum, quod ex illis petitur, firmissimè auctoritatis haberi debet.

Sed & apud Zachariam de Christo pronuntiat: Tu autem in sanguine Testamenti tui eduxisti victos tuos de laeu, in quo non est aqua. Qui locus aptè intelligitur de liberatione animarum à Purgatorio, quae verè dicuntur victae, & carere detentat, per Christum ad inferos descendentem, & inferni quoque dolores solventem, facta iuxta S. August. 1. 12. in Genesim, c. 33. Zachariae c. 9.

Testimonium ex lib. Tobiae, Videatur Infra de Suffragiis, sub Eleemojyna.

EX TESTAMENTO NOVO.

CHRISTUS apud Mattheum de variis peccatorum generibus verba faciens, dicit, esse peccatum in Spiritum Sanctum, quod non remittitur neque in hoc saeculo, neque in futuro. Ex quo colligitur Sancti Patres, quaedam in futuro remitti, quod cum fieri necesse in caelo, in quo nihil coinquinarum ingreditur, neque apud inferos, ubi nulla est redemptio: agnoscent consequenter medium locum, sive statum, ubi fiat. Et non alio testimonio utebatur D. Bernardus adversus haereticos Purgatorium negantes. Loge B. August. 1. 21. de Civit. Dei cap. 24. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 39. Bedam in cap. 3. Mar. Bern. om. 66. in Cant. Matthaei cap. 12.

Idem Dominus hoc ipsum more Palaestinarum sub parabola insinuat, dum dicit: Esto conscientiam ad verfarium tuo cito, dum es cum eo in via, ne forte tradat te ad verfarium Iudici, & Iudex tortori, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi, non exibis inde, donec novissimum quadrante reddas. Adverfarium est Deix ad verfa carci precipiens, idcirco quoad in hac vita mortali vivit, conetur omnibus modis Deo, ejusque legi satisficere, prorsusquam in morte Iudici traditus ad Infernos rapiatur. Unde si debitum insolubile fuerit, nunquam exiredierit: si autem exiguum, & solubile, exibat quidem aliquando, sed non prius, quam etiam per minutissima culpa satisfecerit. Ita Tertullian. lib. de anima cap. 17. Cyprian. lib. 4. Epist. 2. Origen. Emil. 25. in Lucam. Ambros. in c. 12. Lucæ. Hieron. clarè & aperitè in cap. 5. Matth. Bernardus etiam clarissimè Sermon. de obitu Hubert. Matth. cap. 5. Lucæ c. 12.

Paulus Apostolus luculentè id ipsum Corinthiis demonstrat, apertissima ad eam rem similitudine usus. Dicit enim, diem Domini, qui est dies Iudicii, in igne revelandum, qui cuiusque opus probabit, quod per aurum, argentum, & lignum, scenum, & stipulas distinguit, & insinuat per priora quidem, opera bona; per posteriora verò, opera mala, cum gravia, tum levia. Itaque ille ignis singulorum opera explorabit: bona quidem non attingendo, sed pura & illaesa conservando; mala autem per lignum, scenum, & stipulas significata, utendo, hoc est, eos, qui venialia commiserunt, à quibus necdum purgati, puniendo. Ipsè autem inquit, salvus erit sic tamen quali per ignem. Patietur ergo, & punietur talis, sed sicut is, qui ex incensa domo elabatur, ita & ii, qui levibus maculis asperguntur, & purgatorio igne expiantur. Atque hunc Apostoli locum omnes Latini Patres de Purgatorio intellexerunt. Qui ampliore illius expositionem desideraverit, cum ea est praeter institutum hujus operis, & consulat eos, qui in Epistolas Pauli commentarios scripserunt, & Bellarm. 1. 1. de Purgat. c. 5. Tom. 2. controverf. 3. Epist. 1. ad Cor. c. 3. v. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

Idem Apostolus arguens Saducos, resurrectionem corporum negantes, hoc argumento eandem suadere nititur, quod plerique seipfos variè affigerent pro iis, qui erant jam defuncti, ut iustitiam suffragarentur. Ita enim rogat. Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt. Qui sane Baptismus commode intelligi non potest alius, quam metaphoricè Baptismus afflictionum, lachrymarum, L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

& c. quomodo hanc vocem usurpat Christus apud Marcum c. 10. v. 13. & Lucæ c. 12. v. 50. Psalm. 31. vers. 6. Familiaris enim est Scripturae sanctae, nomine aquae, & fludus indicare tribulationes, & afflictiones. Epist. 1. ad Cor. c. 15.

Alia Testimonia videantur apud Bellarm. supra: Et Joann. Lemseum de Purgat.

QUI PURGATORIUM NEGAVUNT, VEL OPPUGNARUNT?

Primus, qui contra Purgatorium sentit, fuit Acrius, ille enim cum negaret pro mortuis orandum, consequenter negavit Purgatorium. Epiphani. haer. 75. Aug. haer. 35.

VVALDENSES circa annum MCLXX. Purgatorium diserte negarunt: & cum iis Henricus, & Petrus Bruis: contra quos scribit D. Bernard. Epist. 240.

ALBIGENSES circa tempora D. Domini & Purgatorium, & Infernum sustulerunt. S. Antoninus 4. part. tit. 11. c. 7. §. 5.

Gracos etiam hujus erroris insinulavit D. Thom. Aquin. in opus. cont. Gentes, quamvis tamen illi nunquam aperte videantur negasse Purgatorium, sed poenam ignis dumtaxat.

MARTINUS LUTHERUS cum Aseclis, quamvis in disputatione Liptica Purgatorium agnovit, nihilominus planè illud sustulit ad extremum. In lib. ad Waldens. de Eucharist.

ANABAPTISTÆ Trinitarij Lutherò accedunt, quod Purgatorium non admittant, ut patet 1. 2. c. 1. ex iis, quos ediderunt anno 1567.

ZUINGLIANTI idem sentiunt, ut est videre apud Coclaum, anno 1536.

JOANNES CALVINUS fatetur annos M. & CCC. fuisse in usu orationes pro defunctis, procul dubio eo tempore, quando ex ipsius mente Ecclesia erat pura, nullaque erroris labe repleta: tamen exitiale Satanæ commentum vocat Purgatorium, quod contumeliam Dei misericordiae irrogat. 1. 3. instit. c. 5. §. 6. & 10.

Et hi quidem Purgatorium negant, & oppugnant. Porro non desuerunt, qui adeo Purgatorium defendebant, ut nullas poenas praeterquam Purgatorii admitterent post hanc vitam. Quae insania tribuitur Origeni ab Epiphano, in Epist. ad Joannem Jerosolym.

Fuerunt, qui senserunt omnes omnino tam bonos quam malos, uno Christo excepto, purgari oportere. Alii verò poenas omnium Catholicorum fore purgatorias, & finiendas. Quidam denique omnes, & solos Catholicos, dummodo in fide perseverarent, purgatorio igne expiandos. Resellit hos errores August. lib. 21. de Civ. Dei c. 18. 20. 24. 25. & 26.

Asseritur Purgatorium ex Patribus.

Ex Graecis.

Dionys. Areopagita. tractans Ecclesiasticam hierarchiam, dicit inter alia de suo tempore, quod Apostolis continentium, ac loquitur de re, quae jam usu recepta erat; Accedens venerandus Antistes praecem sacram super mortuum peragit, precatur oratio illa divinum elementiam, ut cuncta dimittat per humanam infirmitatem admilla peccata defuncto, cumque in luce statuat, & regione vivorum. part. 3. cap. 7. de hierarchia Eccl.

S. Athanasius quaestione movet, num animae defunctorum utilitatem sentiant ex precibus viventium? & respondet, sentire omnino. quæst. 54. ad Antiocham.

S. Basilii in Liturgia sua, cujus sit mentio frequens sub Tit. de Sacrificio insinuat orationem pro defunctis.

Etiam S. Gregorius Naz. orat pro anima Caesarii jam defuncti, non facturus, nisi crederet animas defunctorum post hanc vitam etiam istum statum obtinere posse, ut orationibus huius viventium valcant juvari. Oratione in Caesarium, sub fin.

S. Ephraem Syrus, extremis testamenti sui, quod inter alia ejusdem opera reperitur, tabulis hoc etiam cavuit, ut afflidus orationibus sui memoriam faceret, eo quod uti juxta Sapientis pronuntiatum, Iustus in principio accusator est sui, vitam afferet in vanitate, & iniquitate se peregrisse.

S. Epiphanius Aetium haereticum nominat, & pro tali habet, quod negaret orationes pro defunctis. Haer. 75.

Plura quæ ex Tit. de Suffragiis Infra, ubi pleraque exempla adducuntur existimant Scripturibus.

Ex Patribus Latinis.

Tertullian. non solum numerat inter Apostolicas traditiones suffragia pro defunctis, in lib. de Corona milit. sed insuper monet quandam viduam, ut pro anima defuncti conjugis oret, & offerat annuis diebus dormitionis ejus, en usitaram anni-

G g g 2 verfa-

versariorum observationem; nam hæc nisi fecerit, ait, verè re- pudjavit maritum, quantum in ipsa est. l. de Monogamia post medium.

Tempore D. Cypriani veluti in poenam statutum fuisse legimus, si quis hinc excedens fratres ad tutelam, vel curam Clericorum nominaret, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur. Testis est idem Cyprian. l. 1. Epist. 9. qui addit. Et ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio à Sacerdotibus datam, Geminium Faustinum Presbyterum ausus fuisset lectorem constituere, non est, quod pro illius dormitione fiat oblatio, aut deprecatio aliqua.

S. August. ita de hac re sententiam suam pronunciauit. Etiam si, inquit, nusquam in Scripturis veteribus legeretur, oblatum pro mortuis sacrificium, non parva tamen est uniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret auctoritas, ubi in precibus Sacerdotis, quæ ad altare illius funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. l. de cura pro mort. c. 2. & similia habet c. 4. At lib. de heresi. Actium infimulat hæreticos, quod preces defunctorum non admittet.

Idem de infantibus ante susceptum Baptisum mortuis loquens, non tantum ait, non poenis præparantur æternis, sed nec ulla post mortem purgatoria tormenta patiuntur. l. 21. de Cro. c. 16. & c. 24. scribens de adultis, qui leuioribus maculis reperiit discedunt. Tales, inquit, constat ante Iudicii diem per poenas temporales, quas eorum spiritus patiuntur, purgatos, æterni ignis supplicii non tradendos. Similia dicit alibi. D. Greg. l. 4. Dialog. c. 39. De quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium purgatorium ignem credendum est.

Plura petantur ex Tit. suffragia. Ubi pleraque exempla, & reuelationes ab istis scriptis in medium profertur.

Ita ut non nisi summa impudentiæ notam incurere existimandus sit Joan. Calvin. vidit cum affirmet ante annos. M. & c. c. usu receptas preces pro defunctis, tamen audacter pronunciat, omnes illos Patres, qui plerique sanctissimi, & Pastores Ecclesiæ, ac Doctores, in errorem abreptos fuisse, quomodo enim Ecclesiæ tredecim sæculis tam crasso errore involuta fuisse credatur, nullumque ex oculis illis scriptoribus, & sapientissimis hominibus, qui tanta sedulitate omnes hæreses extirparunt, hunc unquam refutasse, vel extraxisse, sed e contrario omnes uno ore, & unanimi consensu, scriptisque, illum morem tanquam utilem, & ab Apostolis dimanatum asseruisse, ac postea commendasse, nempe ea est Calvini modestia, ut veterum omnium iudiciis, sententiis, decretis, suum audeat præponere, & ut figmentum opinionis novitiæ, & jam olim dannatæ stabilizat, receptam Ecclesiæ doctrinam erroris infimulare.

Certè Josephus Patriarcha Constantinopolitanus Græcia totius Primas, in mortis articulo constitutus; hanc fidei formulam professus perhibetur. Beatissimum Patrem Patrum, ac summum Pontificem, Domini nostri Jesu Christi Vicarium concedo, atque Animarum Purgatorium esse non inficior. Pet. Bez. in conc. diei Animarum.

RATIONE IN SCRIPTURA. ET HISTORIIS SS.

Fidei est, dari peccata quædam ex natura sua leuiora, quæ venialia dicimus, quod veniam facile mereantur, puta, vel ob imperfectionem actus talia sunt, qualia S. Jacobus Ep. sue c. 1. describit, nempe delectatio, quæ à concupiscentia provenit in parte interiori ante deliberatum mentis consensum: vel ob leuitatem materiæ, qualia S. Paulus intelligit per fenenum, stipulas, &c. 1. Cor. 13. quæ qui habet, saluatur quasi per ignem, ut initio hujus loci diximus. Et Christus, dum dicit de omni verbo otioso reddendam Iudici Christoratiorem. Jam verò nemo dixerit, illa leuia commissa ex natura sua mereri æternos cruciatus. Nihilominus tamen plures, cum hujusmodi peccatis ex hac vita, migrare res esse certissima, cum iustus septies in die cadat, Proverb. c. 24. multique inopinatè rapiuntur ex hac vita; priusquam eadem per poenitentiam delectant.

Etiam Scripturæ testimoniis vincuntur, non statim dimissa culpa omnem pariter poenam illi debitam remitti, nam & David à Deo per Prophetam denuntiatur translata, id est, remissa iniquitate, verum additur, sed quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius, qui natus est tibi, morte morietur. 2. Reg. c. 12 & Num. 12. Cum Maria soror Moysi murmurasset contra Dominum, morbo lepræ integra hebdomada punita fuit, etiam postquam orante Moysè culpa ei fuerat dimissa: Quam multi verò sunt, qui tota vita vix cogitant de satisfactione, intuitu poenæ temporalis debita fa-

cienda; sicut pro talibus statuendum est Purgatorium, in quo facis patiuntur, Legatur S. August. 1. 1. 124. in Joannes, & in E. Psalm. 50. & Locis de Satisfactione in hoc opere.

Confirmantur supradicta, quod nihil conuinatum deuenire possit in Civitatem illam supernam, quæ mundis corde gloriæ suæ splendorem impariter, ut quos Deum virosus Saluator pronunciauit, & probatur testimonio Joannis in Apocalypsi, & Christi, Matth. cap. 5. ubi & novissimum quadrantem reddendum significat ab eo, qui mittendus est in carcerem, quod Christi pronunciatum supra examinavimus.

Superiora omnia probatissimis exemplis manifesta sunt quæ à viris gravibus posteritati consecrata reperiuntur. Unde & vera esse nemo abique meritate inficias ire debet, ridens licet animales nostri hæretici, non Purgatorii, sed æternis Inferorum poenis reperiuntur.

Dimidio ferè anno priusquam vita excederet Archiepiscopus Anno, visus est sibi domum quandam omni decore meus, & foris resplendentem intrare. Et ecce in subfelliis judicialibus, tanquam ad concilium solemniter evocati residebant, Heriberto Colonienis Archiepiscopus, Bardo Moguntinus Archiepiscopus, Boppo, & Eberhardus Treverensis Archiepiscopi, Arnulfus Vormaciensis Episcopus, & alii quam plures Galliarum Episcopi, quorum alios in carne noverat, alios fama tantum, & lectione compererat, amici omnes stolis pontificalibus, & habentes vestem instar nivis candidam. Ipse quoque candidis admodium, ac pretiosis indutus fuit videbatur, sed partem candentis vestimenti, eam scilicet, quæ pectus tegebatur, fœdida quadam, ac fœda caligo obduerat, ac cæterum cultus ejus splendorem sua fœditate plurimum obfuscabat, quam tamen ipse nimio rubore perfusus objecta manu tegere, ac celare, ne infipientium offenderet obtutum, conabatur. Vidit cum esset ibi quoque sedem miri decoris paratam. Quam cum occupare, gaudio, & exultatione æstuans, procuraret, surgens Arnulfus Vormaciensis Episcopus, modesta voce eum prohibuit, dicens, reverendos patres, qui assideret, nolite eum in suum admittere consensum, propterea quod vestem ejus turpis hæc macula fœdaret. Cumque iustus loco ederet, flens, confectoque nimium animo egrediretur, infestus cum idem Episcopus: Equo animo, ait, esto, pater, maculam tantum hanc, quæ vestem tuam inficit, maturis ablu præcipe, quia non post multos dies beatæ hujus mansionis confortium, & sanctorum, quos parum adproximasti, consensum voti compos percipies. Manè facti cum familiariter eum suo visionem retulisset, ille sapienter rem coniecit. Macula, inquit, hæc vestis tua illa, nihil aliud est pater, ut astimo, quam memoria injuriæ civium tuorum, qui te anno superiore Colonia expulerunt, quibus te divinæ pietatis respectu jam olim oportuerat admitti hujus veniam dedisse. Hæc, quod bona venia dixerim, pectori tuo tenacius, quam æquum sit, infidens, & amarissimo meore contra fidei mentem tuam decoquens, cæteram sanctissimæ tuæ conversationis claritatem molesta quadam caligine obducit, & obscurat. Archiepiscopus conscientia suæ testimonio convictus, ne inficiaretur, quod audebat, reatum suum humiliter agnovit, statimque delectatis circumaque nunciis, cives omnes Colonie, quos in ultionem injuriæ suæ excommunicatos urbe fugaverat, ad se evocavit, eisque proxima festivitate Paschalis, (nam in quadagesima visionem viderat) non solum communionem Ecclesiasticam, sed etiam bona sua omnia, quæ directa fuerant, benignissime restituit. Sic gravis illa tempestas, quæ spiritu diabolico fœditata totam concessit. Hæc Coloniam, conquievit, pater filios, filii patrem recognoverunt: Archiepiscopus amaritudine, populus metu, & sollicitudine, civitas liberata esse sollicitudine. Lambertus Scafnaburg. in descriptione sancti Anthonis ad annum Domini 1075.

Religiosa quadam virgo cum in monasterio S. Gertrudis defuncta esset, vidit ipsa Gertrudis animam ejus in loco admodium lucido mirifice exornatum consistere; cui etiam Dominus Jesus assistabat, & quince vulneribus suis sensus illius nova suavitate dulcedine recreabat, eamque blandè consolabatur. Dixit itaque Gertrudis ad Dominum: Cum tu Deus totius consolationis huic tam amabilibus serenitate exhibeas, quid est, quod ipsa mortis tui vultu gravamen æternum præteridit? Ad quod Dominus: Ex hac mea præsentia, anima, quam cernis, non nisi delectamenta meæ humanitatis percipit. Unde & plenè consolari non potest, sed ubi à negligentibus præterita vitæ purgata fuerit, ego eam in præsentia juven-

juendissimæ divinitatis meæ perfectè consolabor. Et ista: Nunquid, Domine mi, miseratio tua non prevaleret filiam tuam (cui ab infantia dederas pium cor, & benignam voluntatem erga omnes homines) nunc absolvere ab omni negligentiarum impedimento? Respondit Dominus: Pietatem cordis ejus, benignamque voluntatem abundantissimè remunerabo: sed oportet, dicente iustitia mea, ut omnis macula abstergetur. Et quasi blandiendo tenens mentem puellæ, adjunxit: In hoc ipsa mea libentissimè consentit iustitia meæ: quia cum plenè purgata fuerit, gloria divinitatis meæ jucundissimè perfuatur. Ad quæ verba Domini, illa benigno vultu annuit. Post hæc sancta Gertrude offerente sub Missa pro eadem puella salutarem hostiam, quæ à sacerdote elevabatur, dixit anima: In veritate certum esse experior, nullum quantumlibet exiguum bonum in homine carere meritatione nec ullam quantumvis parvam culpam esse, quæ non purgari debeat ante, vel post mortem. Quia enim sacram communionem libenter accepi, quando in terra vivebam, nunc magnum remedium obtinco de Sacramento altaris pro me oblato. Et quia tam benignam voluntatem ad omnes homines habui, modò multò citius juvat me oratio pro me oblatio. Insuper etiam æternam remunerationem expecto, quam in celo recipiam. Sicque sursum ferri anima videbatur, sublevata precibus Ecclesiæ. Sciebat autem (ubi ad statutum terminum perveniret) Dominum cum corona gloriæ sibi obviaturum, seque in gaudium æternum introducturum. Licet verò purgandus quisque iustitiæ, & voluntati divinæ consentiat, non tamen amat poenas suas: sed cupere seita vixisse, ut jam nihil in se esset puniendum, & purgandum. Mavult tamen in purgatorio proferre poenas cum certitudine pervenienti ad Deum, quam adhuc esse in hac vita cum periculo peccandi in Deum. Lud. Blot. Mon. spir. c. 12.

Plures historias, quæ hanc rem, & doctrinam confirmant, dabimus in progressu præsentis Loci, præsertim ubi de virorum suffragiis agemus.

LOCUS PURGATORII.

Locum Purgatorii communiter statuant Doctores intra terræ viscera, vicinum loco damnatorum. Unde & ab Ecclesiæ in officio pro defunctis, nomine Inferorum, & profundis lacus appellatur. Estque cum ipso Inferno ab initio à Deo creatus, ac animarum purgationi destinatus, quomodo Infernus damnatorum cruciatibus sempiternis, quamvis ad dictam Purgationem faciendum non sit necessarius certus aliquis locus, in quo omnes amate purganda satisfaciunt, potest enim Deus in quovis loco eadem punire, quomodo animam Paschalis in Thermis Puteolanis apparuisse S. Germano, infra ex S. Gregorio dicemus, neque dubium sit, Demones etiam dum viventes insidiantur, circumferre suam carnissem. Quoecirca dum de Purgatorio loquimur, non tam de loco, quam de animarum purgandarum statu agimus, quamvis fidei sit, esse locum Purgatorii, in quo purgantur anime, in quibus aliquid purgandum superest, juxta ea quæ initio hujus loci diximus: Etiam si determinatè nobis non confert illius circumstantia; quomodo modum fatemur omnes caelum sursum esse, at quantum spatium occupet, quæ mundi parte sit, ac pleraque alia, ab homine viatore sciri nequit.

Refert Vener. Beda l. 5. c. 13. biff. Anglor. fuisse Patremfamilias in Britannia defunctum, postquam diu religiosum cum domo universæ vitam duxisset. Accidit autem ut primo diluculo, cum ipsa nocte occubisset, ad vitam revocaretur, & omnes, qui præsentem aderant, & lacrymis eum prosequabantur, in fugam ageret, sola uxore remanente. Ad quam ille, ne timeret, dixit, quodque vitæ redditus à Deo esset, sed alio, longeque diverso modo à priorè, eam transigere deberet. Igitur distributis bonis suis partim uxori, partim liberis, & pauperibus, ac à curis sæculi expeditis, monasterium Mallos ingressus, sejunctus ab hominum confortio vitam austeram duxit. Narrabat autem quam admiranda sibi revelare Deus fuisset dignatus, & quomodo ad inferorum loca perductus, etiam Purgatorium inferno damnatorum vicinum intuitus fuit. Reliqua brevitate causa prætereo. Hæc refer nonnulla ex Titulo Panarum Purgatorii infra.

* PERSONÆ, QUIBUS PURGATORIUM CONVENIT.

Vera, & Catholica sententia est. Purgatorium, sive locum particularem, de quo paulo ante sive statum intelligas, pro illis tantum animabus esse, quæ cum venialibus culpis moriuntur, quæque hinc excedunt cum reatu poenæ temporalis, culpis jam remissis. Quibus à Domino dictum est: Non exabis inde, donec reddas novissimum quadrantem. Confirmat id visio B. Fursi, quam describit Ven. Beda l. 5. namque vidit in via ad caelum maximos ignes, per quos necessariò transeundum erat, sed simul videbat illos, in quibus nihil erat combustibile, illaeros transire, alios, in quibus nullus culpe, aut poenæ reatus, alios verò magis, minusve exuri, prout magis, minusve materie combustibilis adferebant, hoc est, prout majoris culpe reatu tenebantur. Beda l. 3. biff. c. 19.

Cum adhuc essem, inquit Gregorius, juvenculus, atque in laico habitu constitutus, narrari à majoribus, atque scientibus audivi, quod Paschasius hujus Apostolicæ sedis diaconus, ejus apud nos rectissimi, & luculenti, de sancto Spiritu, libri extant, mitæ sanctitatis vir fuerit: eleemosynarum maxime operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic, in ea contentione, quæ inardescente zelo fidei, inter Symmachum, atque Laurentium facta est, ad Pontificatus ordinem, Laurentium elegit: & omnium post unanimitate superatus, in sua tamen sententia, utque ad diem sui exitus perstitit, illum amando, atque præferendo, quem Episcoporum judicio præstè fidei Ecclesiæ refutavit. Hic itaque, cum temporibus Symmachi Apostolicæ sedis præfuit, demoniacus tetigit, statimque sanatus est. Post multum vero tempus, Germano Capuano Episcopo medico pro corporis salute dictaverat, ut in angularibus thermis lavari debuisset: qui ingressus easdem thermas, prædictum Paschasium diaconum statim, & obsequentem, in caloricibus invenit, quos visio, vehementer extimuit, & quid illis tantum vir faceret, inquit vivo. Cui respondit. Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia, in parte Laurentii, contra Symmachum sensi, sed quælo te pro me Dominum deprecare, atque in hoc cognosces, quod exauditus sis, si huc rediens, me non invenieris. Qua de re vir Domini, Germanus, se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit, sed jam dictum Paschasium in loco eodem minime invenit: quia enim non malicie, sed ignorantie errore peccaverat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credendum est, quia ex illa eleemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, ut tunc posset promereri veniam, cum jam nil posset operari. l. 4. Dialog. c. 40.

VVALRICUS Episcopus Augustanus, vir sanctus Oronem Imp. X. cum auxilio Imperatricis flagitare cepit, ut filio fororis suæ Adalberoni procuracionem sui Episcopatus, regimeneque super familiam, & omnia sæcularia ad eum pertinentia fideliter, firmiterque commendaret, & ut à celsitudine ejus imperialis potentie promissum consolationis acciperet mere retur, ut post ejus discessum cathedram Episcopalis potestatis ei donaret, ut sibi majoris otii ad studium orationis, & Ecclesiastici regimini, & Christianitatis stabilitatem facultas concederetur. Cujus petitioni gloriosus, & benevolus Imper. assensum præbens, sæcularium negotiorum commercia Adalberoni commendavit, & Episcopalis honorum cathedræ post vitam Episcopi, si Deus vellet, ei donari permisit, & insuper multis libris auri Episcopum donatum amabiliter abire permisit, &c. Hæc autem Udalrici erga nepotem iu successorem promovendi studia nec Deo, nec Ecclesiæ placuisse docuerunt eventa. Ipse enim, & in seipso jam proximè moriturus factum detestatus, ad supremum iudicium raptus per visum, accepit ea de causa fœnis mancipandum purgatorii. Auctor enim vitæ rem ita profequitur: Altera verò vice, quadam die, quasi de quodam gravi somno expergestus, ei assidentibus, & hæc audientibus ait: Heu, heu, quod illum nepotem meum Adalberonem unquam vidi: quia pro eo, quod ei secundum suum desiderium consentiebam, noluit me impunitum in suum recipere confortium. Et his dictis statim tacuit. Beruo Abbas apud Sarium 4. Julii.

Cum quadam virgo monasterii beatæ Gertrudis, Vide supra. 5. Religiosa quadam.

In conventu Zamorensi fuit Religiosus pius, & devotus, necessitudinis junctus vinculo cum quodam religioso Minorite, quiambo dum aliquando ad invicem amicitabilia miferenter colloquia, sibi invicem polliciti sunt, quod qui eorum prius vita excederet, si Dominus id illis permitteret inde rediret ad eum, qui in vivis maneret, ut eum sui status admonitum redderet. Obiit itaque primò religiosus Minorita, & post dies aliquot, dum nostri ordinis religiosus in refectorio foret, ibi co-

Ggg 3 paruit

paruit Minorita defunctus, & aliquamdiu fuerunt confa- bulati, & nonnulla illi retulit miranda de futura vita, ac demum quomodo in penis ageret purgatorii, & cruciatibus miris, & in veritatis comprobationem eius, quod narrabat, manum posuit super unam resectorii tabulam, & mox illic manit manus ignea impressum vestigium. Quod hodie adhuc ibi invistitur, & hoc pacto disparuit prafatus defunctus. Anton. Senenfi, in Chron. Ord. F. Predicat.

* POENA PURGATORII

Qualis ea fit, & quanta.

I. Carentia visionis.

Martinus Lutherus, dum Purgatorium asseruit, etiam poenam illius non aliam dixit, quam desperationem, & metum Gehennae. Verum certissimum est, unam Purgatorii poenam, & carentiam esse divinae visionis. De qua non possunt animae ibi decetate non dolere, cum sciant culpa sua impediti, ne ea fruantur, & verisimile est, quosdam non alia poena affligi, quamvis gravis ea sit, debito eorum nullam poenam sentis exigente. Quae de re habemus visionem, quam refert Venerabilis Beda, cui ipse fidem adhibere non veretur. Fuit autem in illa ostensum animae cuidam, quae ad corpus postea regressa est, praeter Infernum, Purgatorium, & Coelum, quoddam paratum floridum, & omni amoenitate repletum, in quo debebant animae, quae nullam sentis poenam sustinebant; in tantum ibidem morabantur ad tempus, quia idoneae nondum erant visioni beatificae. l. 5. biff. c. 13.

Hunc etiam mitissimum carcerem, ac velut senatorium, ex Revelationibus S. Birgittae cognoscimus, quae apud viros magnos in precio habentur. Scribit autem illa, animam quandam non aliam in Purgatorio locis poenam sustinuisse quam dolorem ex desiderio aeternae felicitatis. l. 4. c. 224. Et id ita distincte eidem S. Birgittae per Angelum revelatum constat, eodem libro c. 7.

Narrat S. Gregorius l. 4. Dialog. quendam post visa tormenta reorum, & gaudia electorum, ad corpus rediisse. Qui dixit, quod ponte periculoso transacto, vidisset a mœnissimum campum, & pratum virens, in quo hominum candidatorum mansiones erant, tantisque suavitatis odor, ut univerfos satiaret.

In visione tiam Tondali, quam refert Dionysius Carthusianus, & infra suo loco ponitur; inducitur Angelus, & anima Tondali venisse ad portam, quam ingressi, venerunt ad campum floribus consitum, in quo erat multitudo innumerebilia animarum; eumque hic interrogare, quoniam isti essent, & quae illi haec habitatio? respondit Angelus: Animarum ista est requies, quae de suppliciis libertate nondum merentur conjugii Sanctis. Carthus. de 4. novissimis, dialog. de iudicio animarum, art. 21.

Item describens Purgatorium Patricii in Hibernia, cuius sit mentio infra eodem hoc titulo Penarum, affirmat, animas Purgatorium exeuntes manere in Paradiso terrestri, ibique aperire gloriam. Ibidem.

De S. MECHTHILDE narratur, quod animam defunctae Christus duxerit in hortum amoenissimum, in quo multitudo animarum videbatur mensae assidentium, quibus apponebantur ferula fustigiorum, quae ad viventibus offerbantur. Carthus. supra.

II. Poena sensus, eaque acerbissima.

In Purgatorio, sicut in inferno, esse poenam ignis, quamvis definitum non sit, neque de fide, tamen omnium sententia est, quod de reprobis, & Purgandorum poenas scripserit; verum non inter omnes ex aequo convenit, an ignis ille sit verus ignis, eisdem speciei cum nostro elementari, idem cum Infernalis, & Patribus conformior. Quomodo autem ignis corporeus in animam, & Spiritum agat, non est praesentis instituti examinare. Animas interim ab igne illo torqueri, ut loquitur B. Augustinus, l. 21. de Civ. Dei, c. 10. miris, sed veris modis, subiectis exemplis docetur, e quibus etiam poenarum acerbitas omnem tribulationem vitae praesentis excedens, juxta eundem Augustinum in Psal. 37. & Gregor. in 3. Psal. penitentialem, utcumque intelligi poterit.

In ca. Epitola, quam Cyrillus Hierosolym. Episcopus de signis D. Hieronymi, post obitum factis ad Augustinum scribit, legitur per id tempus haeresein quendam exortam, quae assereret defunctorum animas nec beatitudinem, nec poenam sentire, donec communis resurrectionis die suis jungerentur corporibus Hieronymus autem Eusebio apprensus, iussit faccum suum, quo pro indumento usus fuerat, triduum vitibus ad ca-

noctae objerant, imponi ut vita redditi docerent, quanto errore tenerentur, qui talia assererent. Resuscitati ergo coram omnibus, qui ad Ecclesiam, ut hoc miraculum viderent, magno cœtu conveniant, confitebantur & beatorum praesentem gloriam, & damnatorum poenam, & eorum, qui minus plenè penitentiam persequuntur, purgamentum. Quae omnia, ut vivis testari possent, a beato Hieronymo se circumductos, & sic ad vitam redire iussos, affirmabant: rursus die vigesimo una cum Eusebio ejus discipulo decessuros, & cum eodem, si modo aequallem interim delictis penitentiam egissent, vitae aeternae praemia consecuturos. Itaque tanto, tamque evidenti miraculo explosa, & exhibita haereticorum sententia est: atque illi, qui paulo ante subversis fuerant, statim resipiscentes, catholicam amplexi sunt fidem: cum praesertim eos, qui à morte surrexerant, poenarum recordatione indescenderent, atque inconsolabiliter flere, lamentarique viderent; ac tandem, quae praedixerant, die, Eusebio moriente, & ipsos iterum mori: ut etiam ejus rei eventum magis constaret, quam vera essent ea, quae per illos dicta fuerant. Martini l. 5. c. 11.

HELIAS quidam in deserto Aegypti solitarius, beato Hieronymo familiariter usus, in quiete vidit iugiter F. Cyrillus testatur) animam cuiusdam Episcopi Antoniani, cum ante divinae maiestatis tribunal fisteret, obviam luxum, atque delicias ad aeternam poenam destinari, animam verò Theodoli fenatoris, quod beatum Hieronymum magno semper honore coluisset, ad purgatorii tormenta deducendum decerni. Cuiusque diem signasset, quo ista viderat, comperit eodem ipso ambo fuisse vitae defunctos: & credidit vera esse, quae tibi per somnium apparuerant. Idem.

Et quare supra, Tit. Persona quibus convenit Purgatorium. S. cum essent juvenis.

Presbyter, quidam Centumcellis, cum ad balneas lavatum venisset, & homini, qui ibi sapè jam illi operam lavandi gratuitam praestiterat, panes aliquot muneri obtulisset, accepit, ipsum eis non indigere. Locum enim illius olim dominum fuisse, & post mortem ibidem angustissimi, noxae cuiusdam expandendae causa, piaculum solvendi: tamen multum proficere, si ipse Sacrificium Deo offerendo, pro illo oraret: Quamobrem presbyter factam hostiam offerens Deum precatus est, & ad balnea rediit sed non invento homine, à poena liberatum intellexit. Idem.

Dum beatus GREGORIUS pontifex (ut ipse in Dialogo suo refert) Abbas adhus munus obiret, quidam inter monachos nomine Justus, gravior agrotans, & jam moti proximus, fratri suo saeculari Copioso indicavit, sibi res aureas nummos esse, quos nemo alius nosset. Cum ea res percerberisset, Abbas indignans iussit, ne quis monachorum, Justum monachice legis violatorem adire, neve cum eo ullum miscere verbum praesumeret. Idille per ipsum, qui sibi assistebat, Copiosum fratrem relictis, consideravit secum, quantum ea re flagitii commississet; & ut par erat, magis doluit, quod Deo peccaverat, quam quod ab hominibus deprehensus esset. Ubi autem vita functus est, corpus ejus in sterquilinum sepelirent cum aureis illis, quos reliquerat, dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Hoc clarè ad reliquorum terrorem actum: illud occultè, ut scilicet Preciosus monasterii praepositus per dies triginta quotidie pro iniustitia Justii offerret Dominicum sacrificium. Postea tandem Justus Copioso noctu apprensus: Haerens, inquit, in tormentis tuis: nunc demum sacra communiōne percipere, ab iis me expeditum certo scias. Nemo praeter Abbatem noverat, pro quo Preciosus quotidie rem divinam faceret. Sed ubi visio Copiosi vulgata est, & ipsi palam fecere, cum jam trigessimam diem esse sacrificiorum pro Justo actorum: proptereaque illum à purgatorio erutum, colloque illatum. Idem.

BENEDICTUS X. Pont. Max. Quere Infra, Orationes viventium pro profun- defunctis S. Benedictus VII.

ROB. GUAGNINUS refert, Joannem anachoretam Ansoaldo Pictavorum Episcopo narraffe, se à quodam sene reverendo ex somno excitatum esse, ac justum orare pro anima Dagoberti regis Francorum eadem hora defuncti. Id verò cum fecisset, in medio mari se turbam demonum conspexisse, qui animam Regis cymba deventes ad poenas rapuerunt: illam verò contra eos frequenter opem Martini, Mauricii, & Dionysii martyrum inelamasset: mox procellam cum fulgore, & crebris insularibus exortam esse, & tres illos viros candidis vestibus ad se venisse,

venisse, profitentes se eos esse, qui invocari velint Dagoberti opitulari: ac sine mora animam supplicis regis tormentis exemisse, & secum in caelum asportasse. Sigbert. in Chron. circa ann. Dom. 645. narrat eundem revelatum esse, a multis sanctis, Dagoberti ad iudicium raptam, accusari a multis sanctis, propter Ecclesiarum exspoliationem: ac malis angelicam adhibere conantibus, Dionysium Parisiensem martyrem intervenisse, eamque liberasse, modo penitentiae praescripto, ut ad honorem Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, quos offenderat, Ecclesiam edificaret. Nanclerus de Generatione 21.

Cum Quidam sceleratè viveret, visitatus à Domino, ut ad ferredret, incurrit gravem infirmitatem, & diuinam. Tadio autem affectus ex prolixitate languoris, rogabat frequenter Dominum, ut de carcere corporis educeret eum. Apparens autem aliquando ei Angelus Domini fecit ei optionem, utrum mallet, an per duos annos illam infirmitatem tolerare, & postea ad caelum evolare, an tunc moriendo, per tres dies in purgatorio permanere? At ille attendens ad brevitate temporis, quo erat mansurus in purgatorio, & longitudinem dierum, quibus infirmitatem jam diu expertam adhuc erat passurus, elegit potius morari in purgatorio per triduum, & mori. Ex auditu ergo de hoc ille miravit, ad ignem purgatorium pergens anima ejus. Inde ad horam ab exitu suo de hoc mundo, apparuit ei in purgatorio Angelus, confortans eum, interrogavitque, si eum agnosceret? respondit, Maxime: At ille: Ego sum Angelus, qui hanc tibi optionem feci eligendi, utrum mallet: an triduum morari in hoc loco facere, an in tua infirmitate biennio permanere. Cui ille: Nequaquam vales esse Angelus Dei, quia ille mentiri non potest; sed qui hoc dixit, per triduum solomodo sic hic moraturum, magnum mendacium expressit, ego jam mansi in his maximis poenis per plurimos annos. Angelus verò ad eum: Tu hic, inquit, non fuisti, nisi per horam, atque ita toto illo restante tempore debes hic manere. At ille: Roga Dominum meum, ut non respiciat ad infirmitatem meam hoc eligendo, & tu pro me intercede apud eum, ut reducar ad vitam priorem; & ego nectum per duos annos, sed quantum placebit ei, paratus sum tolerare infirmitatem illam, quod & obtinuit. Unde vitæ resiliatus, patientissimè, & laetans omnem dolorem tolerabat, expertus poenas purgatorii. D. Anton. Sum. p. 4. c. 10. l. 5. 4. Catech. hinc. Dauraultii c. 8. tom. 4.

MAURILIUS Roemagensis Episcopus, post mortem templo inferendus, resumpta anima circumstantibus dixit: ultima passiois vestri vobis percipite. Naturaliter mortuus sum: sed ut quae videri, vobis nunciarem, revixi: nec diu superstitis ero, quia dormire in Domino placeo. Doctores mei, quorum vestitus, vultusque longe pulcherrimus, ferioque jucundissimus erat, mihi versus Orientem eunt pollicebantur paratissim, Hierosolymique peracta funtorum adoratione, ad Jordanem tendimus: cuius accolis comitatum nostrum arguebant, laetitia mihi suborta est. Cum autem flumen transire maturarem, comites Dominam praecipite referabant; ut peccata venialis, quae prius confessione non dituebam, pavore ex aspectu daemonum concepto purgarentur. Et extemplo assistentibus terrorem horum spirituum exercitus haestas acutissimas vibrantium, ignisque evomentium, ut acrotus arcibus, flammisque videretur: quo spectaculo supra modum horri. Ur igitur vestra salutis consulatis, hoc recepto habitu vobis dixi: statimque iterum expiravit. D. Vincentius l. 25. c. 4.

PETRUS DAMIANUS, Episcopus Hostiensis, narrat, quendam Clericum Colonienfem, quodam tempore equo suum transivisse, sanctum Severinum Episcopum Colonienfem (qui non multo ante è vivis excesserat, & sepulchro conditus multis miraculis claruerat) in illo vidisse. Hunc apprehendisse fecum Clericum, ne ulterius progrediretur. Clericum obtulisse, & cur illic tantum vi detineretur inquisivisse. Episcopum petiisse, ut manum ei praeberet, ut sentiret quomodo haberet. Cūque manum clerici aquae impressisset, momento propter ingentem calorem carnis resolutus dissiluisse, ut nuda ossa tantum apparerent. Ad quem Clericus, cum sistam celebris in Ecclesia, qui sit, vita crucieris? Respondit Severinus, Hanc solium ob causam, quod horas canonicas per distincta horarum spacia non absolvi, sui enim in aula Imper. comitibus quos occupatus: mane omnibus coaerantissimò die negotiis aliis sui implicatus: ideo hujus ardoris fero supplicium. Sed omnipotentis Dei auxilium utique imploramus, ut manum tuam resiliat: quod statim factum est. Et dixit ad L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

clericum: vade, filii, obsecra fratres Ecclesiae nostrae, & alios clericos, ut pro me preces fundant, & indigentibus eleemolynas distribuant, sacrificiorumque votis insistant. His enim peractis, mox è tormentis illis liberabor, & expectantibus me beatorum spirituum choris laetus adjungar. Petr. Damian. In commentar. de quibusd. miraculis, qui reperitur tom. 7. Sanctorum Surii. Consule notas Card. Baronii ad diem 23. Octobris.

Pleraque hujus argumenti petantur ex titulis sequentibus.

Poenae duratio.

Dominicus à Soto in hac opinione unicus, & singularis in 4. sent. dist. 19. q. 3. art. 2. existimabat, neminem in Purgatorio manere ad decem annos. Verum ut haec sententia multum à communi dissentiat, & eidem probatissime Sanctorum visiones, quae longè diuturniorem hanc poenam acerbiter juxta dispositionem purgandorum agnoscent, clarè repugnant, è multis paucis hic subjunguntur, quae fidem huic rei faciant.

Apud Bedam scriptum reperitur, quo pacto in Provincia Nordan Humbrothum, cuiusdam ostensa fuerint Purgatorii poenas, dictumque eidem, animas, quae in Purgatorio detinentur, salvandas in die universalis iudicii, haec aliqua suffragia ventium id consequantur, ut citius liberentur. l. 5. biff. c. 13.

Narrat Dionysius Carthusianus, quendam in spiritu raptum vidisse omnes Purgatorii mansiones, & poenam in his acerbiter, atque inter alios, visum ab eo quendam Decretorum Doctorem tormenta sustinentem, quem cum interrogasset, num se propediem liberandum speraret? Ille, Scio, inquit, quod ante iudicium diem veniam non consequar, &c. Ex Petro Abbate Cluniacensi.

Tandali militis visionem refert idem Carthusianus art. 10. de quarto novissimo; stupendam sanè, & quae stabilit poenam in Purgatorio acerbiter, & durationem. Scribit autem eum à feria 4. usque ad Sabbathum percussis velut exanimem, & interea in spiritu ductum ad varia loca inferorum, poenarumque in his acerbiter, & diuturnitate considerat. Extat libellus, cui titulus, visio Tandali.

S. PATRIUS Hibernus Evangelium, & ex illo Purgatorii poenas annuntians, cum plerique ad conversionem diutiores, praerent evidenti aliquo signo manifestari, quod asserbat, G impetravit à Deo, ut locus aliquis sibi designaretur, per quem in Purgatorium quoddam animarum intraretur. Itaque Egneus miles ad exercitum ingressus post alios plures, ductus a spiritu ad omnia suppliciorum immanium loca fuit, & inaudita tormentorum exempla conspicuit, etiam Purgationis locum subiit, ac reversus enumeratis omnibus, quae viderat, poenarum purgationum intolerabiles cruciatus, & diuturniora supplicia pronuntiavit. Refert Dionysius Carthus. art. 9. de 4. Novissimo. Sunt qui dicant, idem Purgatorii monumentum etiam hodie exare.

* PURGATORII STATUS.

Animae in Purgatorio certae sunt de sua salute.

Animas, quae in Purgatorio detinentur, de salute sua certas esse, eamque certitudinem habere, communis Theologorum sententia est. Quam probant exempla revelationum supra allata, & infra aliis locis adducenda. Eorum possimum, qui à viventibus orationum, operumve potum suffragia postularunt.

Refert Antoninus, in conventu Colonienfem uno, & eodem die duos fratres vita sanctos fuisse, alterum novitium, alterum concionatorem. Tertio autem die à morte eorum, apparuit novitium infirmario, dicens, se tunc à purgatorio liberatum, propter fervorem conversionis, & tunc caelum petere: Post mensem vero, apparuit concionator ille gloriosus monile habens in pedore, vestem pretiosis lapidibus ornatam, quam novitium, interrogatus: cur tardus fuerit purgatus, quam novitium, respondit: Ego propter familiaritatem, quam cum saecularibus habui, & interloquutiones gaudii, & lepore plenas, detentus in purgatorio fui, sed majorem gloriam accepi. Monile significat rectam intentionem, lapides pretiosi, animas convehit mea predicatione, diadema ineffabilem gloriam. In Sum. p. 4. c. 10. §. 5.

Penitare solebat Lydvina, virgo sanè admiranda, quam A sanctum, & salubre sit orare pro mortuis, qui sunt in regione expiationis, non ad perditionem; sed ad purgationem, non ad destructionem, sed ad castigationem. Itaque arreptis armis spiritalibus, eis ferre supplicia connebat. Nocturno tempore, rapta in spiritu ad loca penarum, videbat non absque summa commiseratione, torquenti animas, & ingentes ignium globos in sublime efferri. Roganti autem quandoque Angelo num animam, quam digito monstrabat, juvare vellet, se perquam velle, respondit. Tum Angelus, Oportet igitur, inquit, per medias transire flammis. Ego verò, ait, libens id faciam. Transiens igitur per flammam, vidit illic tortores sese contrahentes, indignèque ferentes humanitatem ejus, qua cupiebat subvenire animabus. Cumque jam pertransisset, vidit animam ab Angelo indicatam e penis eripi, & postea exultantem ad cælos proficisci. *Apud Surium 14. April. 62.*

VIVENTIUM SUFFRAGIA IN GENERE, PROGRESSU CONSTITUTIS IN PURGATORIO.

Cum priorum Defunctorum anime ab Ecclesia non separentur, juxta doctrinam S. Augustini l. 20. de Civ. Dei. c. 9. Oratiombus S. Ecclesie, & sacrificio salutari, & elemosynis, non est dubium easdem adjuvari: ait nominatim Augustinus. *serm. 32. de verb. Apost. & lib. de Cura pro mortuis c. 1.* dicit suffragia Ecclesie pro valde bonis, gratiarum actiones esse: pro non valde malis, propitiationes. Et confirmat hæc doctrina Catholicorum, ex veteri, & solemniori Ecclesie ritu, & consensu, quem Calvinus fatetur ante tredecim secula eundem fuisse nobiscum, quoad orationes pro defunctis: Insuper probatissimis exemplis eorum, qui in Purgatorio constituti, hæc à viventibus præstidia postularunt.

Anno Christi 874. apud Veronam narratur visio divinitus facta Ludovico Germaniæ Regi, verbis istis: Diebus Quadragesimæ, cum negotiis secularium rerum dispositis, orationi vacaret, vidit quodam nocte in somnis genitorem suum Ludovicum Imperatorem in angustiis constitutum, qui eum hoc modo Latino affatus est sermone: Adjuro te per Dominum nostrum Jesum Christum, ut me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, ut tandem aliquando vitam possim habere æternam. Hac autem visione perterritus, epistolas pro cuncta regni Monasteria destinavit, obnixè postulans, ut pro anima in tormentis posita post annos triginta, & amplius ab obitu ipsius, suis apud Deum precibus intervenirent. Unde datur intelligi, quod quamvis memoratus Imperator multa laudabilia, & Deo placita fecisset, plurima tamen legi Dei contraria in Regno suo fieri permisit. Si enim (ut cætera omittam) heresi Nicolaitarum firmiter, & viriliter resistisset, & monita Gabrielis Archangeli, quæ Einardus Abbas duodecim capitulis comprehensa ei obtulit legenda, observare curasset, forsitan talia non pateretur: sed quia, ut scriptum est, Deus nullum peccatum remittit impunitum, & juxta Apostolum; Non solum, qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte; merito penas luerè visus est, qui dum potuit, sibi commissorum errata, vel admonitus corrigere noluit. *Baron. tom. 10. Annal. an. 874.*

Circa annum Domini 1098. non longè à Vvormatia, multis diebus, & noctibus, maxima multitudo armorum equitum, & pedum apparuit, tanquam ad placiti colloquium, seu bellum processura, & nunc hæc, nunc illæ, quasi per turmas discurrerent; circa nonam horam noctis, ad vicinum montem, ex quo prodire confueverant, nocte, ad vicinum montem quodam monachus quidam Lunxurgensis cœnobii, non procul à monte distantis, de quo exire solebant, assumptis secum quibusdam aliis, ad locum montis accessit, muniensque se signaculo sanctæ crucis, exeuntes de monte, qui essent, per virtutem sanctæ, & individue Trinitatis, ut dicebant, fortiter adjuravit. Cui unus ex turma respondit: Non sumus fantasma, nec militem viventium turba, sed animæ hominum quondam in hoc mundo Principi terrenorum militantium, non ante multos annos in hoc loco interfectorum. Arma, habitus, & equi, quæ nobis dum viveremus, instrumenta erant peccati, etiam nunc post mortem in nobis sunt quædam indicia tormenti. Omne quod jam cernitis circa nos, totum ignitum est nobis, quamquam vos ignem nostrum minima videatis. Cumque monachus, utrum juvari ab hominibus posset, inquireret, spiritus respondit: Jejunis, & orationibus, & maxime oblatione corporis, & sanguinis Christi adju-

vari postumus, & rogamus. His dictis, omnis illa multitudo spirituum quasi una voce clamabat trina vice: Orate pro nobis, Orate pro nobis, Orate pro nobis. Mox omnes in ignem resoluti videbantur: sed & mox ipsæ quasi arderet, ignem, & maximum fragorem arborum, & strepitum emisit. *Joan. Trithem. in Chron. an. 1098.*

In memorabili illa visione quam venerabilis Beda refert, cujus etiam paulò ante mentionem fecimus inducitur Angelus ad animam defuncti ita locutus: Multos preces viventium, & elemosynarum, & jejunia, & maxime missarum celebratio, ut ante diem Judicii in Purgatorio liberentur, juvant. *l. 2. hist. Anglicanæ c. 12.*

Suffragia viventium pro defunctis, à Scriptura Sacra, & Patribus firmata.

Vir fortissimus Judas collatione facta, misit duodecim mille drachmas argenti Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. Igitur jam olim in veteri Ecclesia ante annos his mille, recepta erant suffragia pro defunctis, idque solemnè ritu, & fidelibus viget. Ut docent verba illa, *Collatione facta.* Inducitur enim collectam ab omnibus pecuniam, & à Juda transmissam ad sacrificandum pro mortuis. Quod factum Scriptura extollens, infert: Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, &c. Et quamvis historia Machabæorum non esset liber Canonicus, ut erroneè voluit Petrus Martyr, Joannes Calvinus, eorumque affecta: nam pro tali eum agnovit cum Ecclesia Catholica S. Augustinus, uti supra dictum est, Concilium III. Carthagin. *Gelasius in decreto de lib. Canonis, Ildorus lib. 6. cap. 1. Etymolog. & alii Patres:* Debent nihilominus fieri, veram esse, & ad minus tantæ auctoritatis, quantum habet in gestis Romanorum Titus Livius, Florus, & similes, & quibus si que percutunt, velut oracula recipiuntur. *l. 2. Mach. c. 12.*

TOBIAS senior filium suum instituens, bonique, ac providi parentis officia erga eum præstans, inter alia monita, hoc etiam tradidit. *Panem tuum, & vinum, super sepulcrum justis constituere, & non nisi ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.* Quibus non vult aliud, quam ut elemosynam pro mortuorum refrigerio faciat instituendo convivium, & vocando ad illud pauperes fideles, non verò peccatores, qui pro defuncto non orant, aut quorum vota Deo grata non sint. Exhinc confectudo nata, ut panes distribuuntur pauperibus in morte fidelium. Unde *Cbrist. hom. 32. in Matt. Cur post mortem tuorum pauperes convocas? &c. Joh. c. 4.*

Narrat S. Regum historia: quomodo viri Jabez Galaad, ac ipse etiam David jejunarint septem diebus super mortuo Saul, & Jonatha, quod jejunium, ne dolori adferatur eorum, non verò subventioni defunctorum, meretur considerationem, quod David pro filio, quem ex Bersabee suscitaverat, jejunaverit, dum in inferretur: eoque mortuo eum fupulcrit, cum eum maxime dolere oportuisset, quia sciebat puerum illum non egere auxilio, neque revocandum ad vitam *lib. 2. Reg. c. 12. & sanè cur tam sollicitè prius nostræ fidei Patriarchæ voluerint ossa sua deferri in terram promissionis, nisi quod ibi frequentia fierent pro defunctis sacrificia illis quoque profutura? Unde sacrificia in Levitico instituta pro peccatis intelliguntur de peccatis tam vivorum, quam mortuorum, ut patet ex superiori historia Machabæorum.*

Hanc autem fuisse Ecclesie primitivæ ab Apostolis ad nos usque derivatæ doctrinam, & hinc, constat eorum testimonio, qui illam primis temporibus gubernarunt.

Cyrillus Catechisti S. Mssag. Denique pro omnibus ait, H oramus, qui inter nos vita functi sunt, maximum credentes animarum juvenam, pro quibus offertur obsecratio sancti illius, atque tremendi sacrificii.

CONSTANTINUM Imper. voluisse sepeliri in celebri templo, ut orationum, que in eo funduntur participes fieret, auctor est *Euseb. l. 4. in vita.*

S. Joan. Cbrist. juvatur ait mortuus, non lachrymis, sed precibus, supplicationibus, elemosynis. *in hom. ad Corint. prim. 41. & homil. 69. ad pop. Afirmat ab Apostolis sanctum, ut in tremendis mysteriis fieret defunctorum commemoratio.*

S. Ambrosius fororem suam defunctam orationibus, non lachrymis profecti jubet, & animam illius Deo oblationibus commendari optat. *l. 2. Epist. 8. ad Faustinum.*

Quin pro animabus Theodosii, Valentianini, Satyri, pollicetur se oblatum sacrificia. *Oratione de obitu eorum.*

S. Hieronymus laudat Pammachium, quod cum alii mariti super

super tumulos conjugum spargant rosas, violas, &c. ipse uxoris Paulinæ lacram favillam, ossaque veneranda, elemosynâ balsama riget, sciens scriptum, sicut aqua extinguunt ignem, ita elemosyna peccatum. *Epist. ad Pammachium.*

Eundem Pammachium laudat B. Paulinus epist. ad eundem, quod & corpori, & animæ uxoris satisfecerit, corpori lachrymis, animæ elemosynis.

Idem Delphino Episcopo commendat animam fratris sui. Facinuosus, ut orationibus tuis condonetur tibi, & ut illius animam de minimo sanctitatis tuz digito distillans refrigerii gutta refrigeret. *Epist. 5. ad Delphin.*

Huc refer ea, quæ initio hujus Tractatus à Scriptura, & Patribus adducta sunt.

SUFFRAGIORUM GENERA.

Tria sunt genera Suffragiorum, Sacrificium Missæ, Oratio ut est impetratoria; & Opera quælibet penalia, & satisfactoria, puta Elemosynæ, peregrinationes, jejunia, templorum erectiones, & similia. Sub ultimo autem membro comprehenduntur Indulgentiæ, quæ nihil sunt aliud quam applicationes satisfactoriarum, factæ Defunctis.

B EORUNDEM EFFICACIA, IN SPECIE. *Ac primum Missæ Sacrificium prodefe Defunctis.*

Certè jam à temporibus Apostolorum in Ecclesia pro defunctis semper oblatum fuisse sanctissimum Missæ sacrificium, luculenter demonstratur titulo de Sacrificio legis Evangelicæ. Hic autem non sine ratione, & summa utilitate id fieri, asseritur exemplis eorum, qui id refrigerio sui desiderarunt: tum illorum, qui ejusdem prædicio penarum acerbissimè meliori forte commutarunt.

Toto biennio, quæ S. Vincentius, cognomento Ferrarius, professio Dominicianus, fuit in Britannia, quendam ex ejus locis vexavit febris. Petit is benedici, & cruce configari à sancto viro, ut post se morbo liberati. Et manus quidem suas illis S. Vincentius imposuit, sed mox eum intuens, Noveris, inquit, fili, frustra te expectere sanitatem: namque post dies octo hora prima Dominicæ diei morieris. Consule igitur soluti animæ tuæ. Ille paruit viro Sancto, & eadem hora, quæ prædictum erat, vita functus est. Ad ejus exequia multi convenerunt sacerdotes, à quibus vir sanctus petit, ut singuli pro illius anima ter Missas celebrarent dicens revelatione divina se didicisse, triduo illum purgatori penas laturum. Offeruntur ab illis Missarum sacrificia, & à Vincentio gratiæ ei aguntur, indicaturque, Missarum & precum suffragiis animam à penis ereptam ad cælos evolasse. *Serius l. 5. in vita S. Aprilis.*

Cum Joannes de Alverna Franciscanus celebraret Missam in commemorationem omnium Defunctorum, obtulit cum tanto charitatis affectu, & compassionem pietatis illud altissimum sacramentum, ejus efficaciam super omnia suffragia desiderant animæ defunctorum, quod liquebat totus in dulcedine pietatis, & mellitua dilectione superna. Cum ergo in Missa corpus Domini sanctissimum levaret, offerens illud Deo patri, ut amore illius, qui in cruce pendit, animas illas ab ipso creatas, & redemptas de carcere misericorditer liberaret, vidit quasi infinitas animas de purgatorio egredi, ceu multitudinem scintillarum de ignita fornace procedentium, & vidit illas ad celestem patriam advolantes, propter merita Christi, qui pro humana salute in cruce pendit.

D S. Antonin. in Cron. 3. p. 11. 24. c. 8. §. 15. Libro primo vite S. Anselmi legitur, B. Anselmum annum integrum in hisse quotidianis sacrificiis, & tandem amico defuncto sibi apparente didicisse, eum de Purgatorio liberatum.

Hujus rei insigne quoque extat exemplum in vita S. Malachie, de ejus forore. Mortua est, inquit, D. Bernardus, Malachie foror. Nec prætereandæ visiones, quas vidit de ea. Hujus siquidem sanctus vir canalem exhorruerat vitam, & tanto zelo, ut se devoverit non visurum eam in carne viventem. At illa carne soluta, solum est vorum; & cecepit videre in spiritu, quam in carne noverat. Quadam nocte audivit per somnium vocem sibi dicens, fororem ejus hinc foris in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil gustasse. Qui evigilans citò intellexit, cujus esse inedia marceret; & diligenter discusso numerodierum, quem audierat, ipsum esse reperit, ex quo per eam panem de celo vinum non obstrulisset. Tunc ille, qui fororis non animam oderat, sed peccatum, beneficentiam, quam in-

termiserat, rursum adoritur. Neque id frustra. Non multo post visa est illi pervenisse ad limen Ecclesie; necdum tamen posse intrare, apparere etiam in veste pulla. Cumque ille perseveraret, curans, ne quo die solita sipe frustraretur, secundo vidit eam in veste subcandida, admittam quidem intra Ecclesiam, sed altare contingere non permitti: tertio tandem visa est aggregari cœtu candidatorum, & in veste candida. En quantum valcat deprecatio justis assidua. Verè regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sanè Malachie oratio vicem quodammodo efficitur exhibuisse videtur cœlestibus portis, quando peccatrix mulier fratris obtinuit armis, quod suis meritis negabatur. *Bernard. in vita S. Malachie.*

Refer ad hunc locum, quæ Tit. de Sacrificio dicuntur: ubi multis asseritur, Sacrificium Missæ jam olim pro Defunctis oblatum.

Et plurima exempla peti possent ex Speculo historiali Vincentii 133. Revelationibus S. Birgittæ, & in vita Christianæ mirabilis, sed quæ attulimus, sunt magis authentica.

Orationes viventium, & beatorum profunt Defunctis.

THEODOSIUM Juniorem, perhibet in historia sua Theodoretus, solum ad sepulcrum S. Joannis Chryostomi procurbere, ut illius precibus animabus parentum suorum subveniretur. *l. 5. hist. c. 26.*

Benedictum VIII. quem Decimum Marulum scribit Pontificem maximum, qui ex hac vita migravit tertio Kalen. Martii anno Redemptoris millefimo vigesimo quarto, post panas purgatorias salvum factum scribit Petrus Damiani, his verbis: Si quis autem non generalitate contentus, specialiter per beatum Odilonem de penis ultricibus se ereptus, inquit, quid de reliquis sentiat, in Papa Benedicto evidenter edificat, ut in Romanorum Pontifice, qui omnium Christianorum caput est, valeat liquido comiti, quid de cæteris merito debeat existimari. Apostolicus igitur iste, quem diximus, dum adhuc viveret, beatum virum affectuosè dilexit, reverenter excoluit, & Apostolorum limina frequentavit, necessarii sumptus optima sæpè subsidia ministravit. Hinc planè, mox ut obiret, gemans ejus Joannes in Apostolica dignitate successit. Jam verò postquam humanis rebus exemptus est, non parvi temporis evoluto curriculo, jam dictus Papa Joanni Portuensi Episcopo, & aliis duobus, quorum nomina nobis nota non sunt, per speciem nocturnæ visionis apparuit; eisque, quæ penalis esset constitutus in tenebris, indicavit, hoc insuper addens, qualiter beati Odilonis venerabilibus meritis eum superna censura liberare decrevit à tormentis. Obsecrat itaque per eos, & humiliter flagitat, ut frater ejus ad præstatum omnia pietatis virum agilem quanto citius veredarius dirigat, eumque suppliciter obsecrans pro se orare deposcat. Procinus idem Joannes Portuensis Episcopus, auctoritatis Apostolicæ fulvus Epistolis, concito gradu Papiam usque pervenit, ubi longo, & immoderate fortassis accelerato fractus itinere, per monachos cœnobii beati Majori Apostolicæ legationis apochas dirigit, omnemque per eos sancto viro seriem à se confectæ visionis exponit. Enim verò divino factum esse constat iudicio, ut eum apud Cluniacensè monasterium Apostolicæ legationis bajulus inveniret. Præcepit itaque venerabilis Pater palmodias, & orationes ab omnibus privatum, & publicè fieri, elemosynas indigentibus erogari, sacrificium Deo mysterii salutaris offerri. Nec in illo duntaxat loco id statueret contentus fuit, sed & per omnia sui regiminis monasteria ejusdem functionis edicta mandavit. Cum itaque hoc Frater in tenuissima devotione satageret, & ex ara sanctorum peccorum fraternæ charitatis flamma profiliens divinæ clementiæ sacrarium penetraret, jam præfati temporis terminus propinquabat. Et ecce quidam sanctæ conversationis monachus, Heldebertus nomine, qui videlicet hoc obedientiæ fugebatur officio, ut inopes aleret, & indigentibus subsidia ministraret. Hic itaque per soporem vidit, quod quidam pulcher, ac serenus aspectu, ac solemnè quodam nitore conspicuus, claustrum monasterii, magno candidatorum agmine conspuitus, ingredere. In Capitulum deinde, ubi pater Odilio cum Fratribus residebat, intravit, ad ejus genua caput humiliter flexit, eique (sicut in gestu corporis videbatur) gratias egit. Cumque frater ille, qui hoc in visione contemplantur, inquireret, quifnam esset ille tam decorus, ac fulgidus, qui sancto viro

virō salutationis officium exhiberet, responsum est ei, quia il-

De matre S. Elizabeth Regis Ungarie filie hoc inter caetera legitur : Extincta matris umbra noctu dormienti visa est obversari, lugubrique vultu, ac flexis poplitibus orare, sui quam primum miseretur vitam enim negligens actam, igne se penas solvere, moxque hoc viso expergescita, ac post effusus ad Deum preces, lactimaque, denuo in soporem decul-

Vir nobilis, Simon nomine, natione Teuto, litteris egregie institutus, Cisterciensem Ordinem complexus, Abbas Poni-

Vir nobilis, Simon nomine, natione Teuto, litteris egregie institutus, Cisterciensem Ordinem complexus, Abbas Poni-

Opera bona defunctis prodesse. Anno Redempt. 647, quo terminum Dagobertus fortitus est vita, quidam illustis Autoaldus nomine, Defensor Pict-

Opera bona defunctis prodesse. Anno Redempt. 647, quo terminum Dagobertus fortitus est vita, quidam illustis Autoaldus nomine, Defensor Pict-

Opera bona defunctis prodesse. Anno Redempt. 647, quo terminum Dagobertus fortitus est vita, quidam illustis Autoaldus nomine, Defensor Pict-

tus, mores, vitamque Regis exposuit. Cui feneis. Cum, ait, multa vigiliam, ac ieiuniorum, simulque feneis fatigatione de-

Opera bona defunctis prodesse. Anno Redempt. 647, quo terminum Dagobertus fortitus est vita, quidam illustis Autoaldus nomine, Defensor Pict-

Opera bona defunctis prodesse. Anno Redempt. 647, quo terminum Dagobertus fortitus est vita, quidam illustis Autoaldus nomine, Defensor Pict-

Opera bona defunctis prodesse. Anno Redempt. 647, quo terminum Dagobertus fortitus est vita, quidam illustis Autoaldus nomine, Defensor Pict-

Opera bona defunctis prodesse. Anno Redempt. 647, quo terminum Dagobertus fortitus est vita, quidam illustis Autoaldus nomine, Defensor Pict-

desunctus, & percontanti, quo in statu res ejus essent in illo

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

adduxit, multa mercede cumulabitur praziorum. Vide ergo lector, quante mercede sit docere incios, viam saluis offere-

cus, & cum eo clamare non cessant alii: cadit asinus, & omnes cum sublevare festinant: sed clamat in tormentis fidelis, & non est, qui respondeat: Ecce inhumanitas vestra, Fratres.

DE DIE COMMEMORATIONIS FIDELIUM DEFUNCTORUM, quem communiter Diem Animarum vocant.

Ejus Antiquitas, & institutio. Quod uno, eodemque die universalis omnium Fidelium Defunctorum memoria agatur, acceptum referunt plerique Odiloni Abbati Cluniacensi. Ejusque rei meminit Sigebertus in Chronico anno Dom. 998. & P. Damian. in vita ejusd. Ille enim cum in Cenobio suo frequentes orationes, & sacrificia pro defunctis offerret, accidit quendam religiosum Hierosolymis venientem ad illum divertere, qui dicebat, se in itinere hospitem fuisse sanctissimi Eremitæ, qui circa montem Ætnam morabatur, & quo intellexerat, non ita pridem Dæmones eidem apparuisse, qui conquirebantur non parum, quod Cluniacensis Monachi plures animas, incensidè deputas, orationibus, & sacrificiis juvarent, locoque eriperent tormentorum. Quo audito Odilo, Deo gratias egit, & per omnia sui ordinis monasteria præcepit, altero post omnium Sanctorum solennitate die, omnia sacrificia, orationes, ac merita, applicari omnibus generaliter Defunctorum fidelium animabus. Atque exinde pia illa consuetudo in Ecclesiâ invecita est juxta quosdam, ut eodem illo die omnium fidelium Defunctorum commemoratio fieret. Ita scribit Joan. Lopez, in Annot. Epitom. SS. Patrum tom. 5. concione hujus diei.

Ceterum multo antiquiorem esse generalem hanc commemorationem, & pietate plenam consuetudinem, diu ante Odilonis tempora observatam, fidem facit S. August. l. de cura pro mortuis c. 4. ita loquitur. Non sunt præmittenda supplicationes pro spiritibus mortuorum, quæ faciendas pro omnibus in Christiana societate defunctis, etiam tacitis nominibus quotumcumque, sub generali commemoratione susceptæ Ecclesiâ. Et rationem subjungit: ut quibus ad ista defunt parentes, filii, aut quicumque cognati, vel amici, ab una eis exhibeat pia matre communi. Similia habet ibidem cap. 11. Etiam S. Bernard. Claravallensis Abbas, dum S. Malachiam vitam describit, eundem ita loquentem inducit: Non parum spei mihi repositum est in illa die, qua defunctis tanta à vivis beneficia impenduntur.

Constanti insuper Analarium Fortunatum Episcopum Treverensem, qui annis penè 200. Odilonem præcessit, temporibus Ludovici Pii Imp. in lib. de ord. Antiph. c. 65. ita scribere. Post officium Sanctorum inserui officium pro mortuis. Multi enim transierunt de præsentis sæculo qui non illi de conjunguntur Sanctis, pro quibus more solito officium agit. Hæc ex eodem citat Baron. in notis ad Martyrol. die 2. Novemb. quo die iste recurrit.

De Cameracensis Sepultura, & Funere, quamvis huic Argumento propria videatur eorum tractatio; dicitur sub propriis Titulis, loco convenienti.

DE ANNIVERSARIIS DEFUNCTORUM. Anniversaria vocamus officia, quæ quotannis die anniversaria pro defunctorum animabus in Ecclesiâ perfolvuntur, quorum uti antiquissimus, ita & frequentissimus est usus. Igitur Anniversarium est memoria pia, quæ pro Missis annuatim celebrandis, vel elemosynis largiendis, aut operibus aliis religiosi in gratiam Defunctorum peragendis, à Fidelibus relinquunt, & præstatur. sex. cum glossa in c. cum creatura, de celebrat. Missar. Illeph. Perez de Lara lib. 1. cap. 1. de Annivers. num. 26. & sequenti.

Usus Anniversariorum agnoscit Tertul. lib. de coron. militis, qui ita scribit. Ex majorum traditione pro defunctis annua die lacrimis, id est, sacrificiis.

S. Greg. Nazianz. Orat. in funere Cæsarii, ait: Alia perfolvi-mus, alia daturus sumus, anniversarios enim honores, & commemoraciones offerentes, & ii quidem certè qui superflites relinquunt.

Romanus Pontifex quotannis celebrat Anniversaria Prædecessoris in sua Capella, ut tradit Gratian. decr. l. 2. n. 18.

Etiam de consuetudine in Ecclesiâ Cathedralibus, pro Preglatis vita sanctis, ut refert Zerola in praxi Episcopali 1. part. celebrari consueverunt Anniversaria. Quamvis in iis usus obtineat, ut singuli Canonici certam portionem fructuum, aut aliorum bonorum in eum finem consignent. Immo in plerisque id per singularia statuta decernitur, ita ut si quis negligat, hæres compellatur parere statuto.

In Parochialibus autem Ecclesiis nihil æquè familiare est, ac velut ordinarium, etiam in Ruralibus quam ut celebrioribus quique in suo genere, & ordine, pro opum qualitate, seu fun-

dum, five redditum perpetui anniversario officio perfolvendum relinquunt, cujus memoriam finita concione dum crebrior populi est concursus, Pastores peragunt, & ita ejusdem precibus animam illius, cujus anniversarium assignato die post revolutum annum recurrit, commendant.

In Hispania ut refert Illeph. Perez supra, omnes Reges amplissimis, & planè regis proventibus anniversaria sua cumularunt, eaque solenni ritu peraguntur quotannis, in templis, & Sacellis eorumdem municipia regali extruxerunt. Quæ omnia tamen excedit, & superat stupenda illa D. Laurentii moles, quam Eseriale vocant, à Philippo II. potentissimo Hispaniarum Rege excitata, ubi & avi sui Caroli V. invicti. Cæsaris, ac suum etiam anniversarium, incredibili apparatu pro divini cultus veneratione in perpetuum celebrari voluit.

Sermissimi quoque ex eadem stirpe, Belgarum Principes, Albertus, & Isabella Hispaniarum Infans, ut sunt erga Deum supra omnes alios piissimi, ita & salutis suæ curatores solliciti, admodum providè dyonorum judiciorum severitatem post hanc vitam evadere adlaborant, dum adhuc superflites, de anniversariis officiis pro animæ suæ, posterorumque refrigerio disponunt, & pro iudicem certos, & Austriacæ munificentiæ dignos proventus decernunt. Quod ab animæ paucis, in Ecclesiâ Cathedrali Antuerpiensi, & Collegiata Bruxellensi, singulari F. Aliis insuper locis idem facturi, si vivit auctor vice extendat, & proroget, quod omnes vovemus.

Et qua subinde lapsu, vel iniuria temporum contingit ejusmodi memorias intercidere, præsertim si emolumentum in eum finem relicta intereat, vel divertantur à recta fundatoris intentione: Ecclesiasticis constitutionibus sancitum, ut Episcopi, & alii Ecclesiarum Rectores sedulo invigilent, ne quæ pro hac pietate relicta sunt, intereat, aut in alium usum convertantur, & ita hæc ratione fortassis Defunctorum animæ expectis subsidiis spoliarent, & per summam injuriam ultimæ priorum fundatorum voluntati vis inferatur. Legatur Consil. Trid. sess. 25. c. 4. de Reformat.

DOMINICUS DE SANDOVAL Cardinalis, & Archiepiscopus Toletanus nuper vita sanctus, tanta sedulitate incubuit in hanc rem, ne scilicet ea, quæ Defunctorum pietas anniversaria devotioni, & memoria applicari jussit, perirent, aut alio transferrentur, ut in Audientia sua Metropolitana instituit Fideicommis Promotorem, cujus cura unicuique illud committitur, ut quæcumque pro fidelium animarum refrigerio relicta sunt, juxta testamentariorum tabulas, vel pietatis desideria à viventibus indicata, sedulo explerentur. Refert Illeph. Perez lib. 1. cap. 1. de Annivers. num. 15.

* ORATIO PRO DEFUNCTIS. Quid de Oratione pro Defunctis, eorumque memoria posthuma sentiant Ethnicis, Judæis, Mahumetani, & aliæ Nationes.

Ethnici quancumque moribus barbari, etiam hanc pietatem quodam naturæ instinctu erga Defunctos exhibuerunt, ut eorum memoriam facerent, & vota pro iisdem perfolverent. Ita ut Romanus ille Cicero scribere non erubuerit: Primum ad pietatem gradum esse, eorum reminisci qui nos præcesserunt, eorumque memoriam integram servare, qui jam dudum naturæ tributum, quod nos pendere debemus, perfolverunt, vide eund. In somnio Scipionis.

Aristoteles Philosophorum caput iisdem vestigiis insistentis, dixit in Problematibus, æquius esse mortuis, quam viventibus auxiliari.

Lacedæmonii, ut est auctor Plutarchus, inter alias leges à Lycuro acceptas, etiam hanc habuerunt, ut mortuos non nisi cum ramis oleagineis tumarent. In symbolum misericordie, Hæc illis exhibenda est. Notum est enim, olivam esse symbolum misericordie, & charitatis. Per. Bessa in Concione commemor. fidel. defunctorum.

Albanis sanctum fuisse memorat Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2. omnes defuncti opes, & quidquid habebat pretiosum sepulchro inferre. Quæ Ethnicorum superstitio confundit Christianos, quod interdum tam sordidi sint, & tenebras, si quando eorum parentes, vel propinqui terræ mandantur.

De Æthiopicis narrat Diod. Siculus, & ex illo P. Bessus supra, solitos illos defunctis statuas erigere, quibus cineres defuncti includebant: iisque propinquo, quotannis primitias frugum, aliaque sacrificia offerebant.

Græci, quamvis Schismatici, toto Oriente pro Defunctis orant, & oblationes faciunt, ac animarum Purgatorii indubitanter creduntur patet ex Consil. Flor. In quo cum Græcorum errores

errores examinati fuerint, nullam tamen Purgatorii, an aliquid credi debeat, neque orationum pro defunctis, memoriam factam legimus, neque nulla de his esset contraversa.

Mahumetani quoque animas purgandas post hanc vitam credunt, & pro iisdem preces fundunt: atque in signum, quod eas adhuc vivere sciant, lex quotidie Lampadum millia ante Mahumetum in civitate Mecha collocant. P. Bess. supra.

De Judæis, illis præsertim, qui legem accuratè præ aliis servant, variis ritibus eos suorum cadavera sepelire, auctor est Genebrardus, Theologus Parisiensis. Qui & in libro, quem inscripsit Simb. Fidei Judæorum, recenset eorumdem orationem pro defunctis, quam Halcaba vocant, quamque Hazan, five minister Synagogæ ad sepulchrum recitat, ac diebus insuper sexmionibus legit. Formulam autem illius talem tradit. Spiritus Domini quiescere faciat eum in horto Eden, & societur ei pax, quemadmodum scribitur in Isaia. Veniet pax, quiescet in cubilibus suis, ambulans ante ipsam, ipse, ac omnes defuncti Israelis, ipsius misericordia, & propitiatione. Amen, unde & Sarcophago inscribitur: Sit anima ejus in horto, five paradiso Eden. Amen.

* PURGATORIUM CALVINISTARUM. An aliquod sit, & ubi?

Purgatorium Calvinistarum Doctores Catholicos inquirere cœperunt occasione verborum Joannis Calvini, qui l. 2. Institut. c. 20. §. 20. dicit, Christum solum cœli Sanctuarium ingressum, & ad consummationem usque sæculorum, solum vota populis eminus in atrio residens, ad Deum deferre, unde concluditur, animas Justorum novi Testamenti, hoc est Calvinistarum, non in cœlum recipi, sed in atrium à cœlo remotum. Quod in Purgatorio aliquod dici debeat, nec ne, inquirunt. Et quidem tale esse, atque Animas Calvinistarum post mortem corporis in eo puniri, ac purgari, è fundamentis doctrinæ eorumdem eruitur. Afferunt enim impietatis totam naturam corruptam, & depravatam peccato originali, & ob talem corruptionem omnes teneri damnatos coram Deo. Calvin. l. 2. Institut. c. 1. §. 8. & 9. Secundo, hanc perveritatem nunquam in nobis cessare, neque per baptismum nos solvi à labe originali. Ita Calvin. supra. Et l. 4. Institut. c. 15. §. 10. unde sequitur, Calvinistas quoad hic vivunt, habere naturam corruptam, ac manere in illis labe peccati originali, & reatum damnationis æternæ. Tertio, docent ex ea labe peccati originali omnia eorum opera inquinari, immo esse meram C iniquitatem. Calvin. in Antidoto Conc. Trid. sess. 6. c. 16. Et l. 3. Institut. c. 12. §. 4. & 14. §. 9. Denique cum Scriptura doceat nihil coinquinatum, aut abominationem faciens ingressurum in regnum cœlorum, Apoc. c. 12. & ad Ephesios c. 7. v. 27. concluditur evidentè, Calvinistarum defunctorum animas, utpote immundas, & abominationem facientes, quoad hic vivunt, nunquam ingredi cœlum: ut si ingredi aliquando sperent, prius à sordibus, & inquinamentis, quæ eos illos damnationis æternæ statuant, purgari debere. Quam purgandi vim mors ipsa, ut Calvinus fingit, nunquam habuit: ut quæ omnibus communis esset, & cui nullam similem huic virtutem Scriptura attribuit. Cum ergo neque in vita, neque in morte Calvinistæ purgentur à peccato originali: Calvinus vel nunquam purgantur, & ita nunquam salvari possunt: vel necessario post hanc vitam purgantur, & sic habent Purgatorium.

Abi vero istud Purgatorium, five Atrium, in quo defunctorum animas Calvinus collocat, sit, curiosius inquirere, neque fas est, neque expedit, ait Calvin. l. 2. Institut. c. 25. §. 6. Certum est autem esse remotum à cœlo, quia sedent in atrio eminus: D quomodo infernus, in quo dives Epulo sepultus est, longè distabat à sinu Abraham, & nihilominus eminus videbat Lazarum, &c. ut videre est apud Lucam c. 16.

* Purificatio, EJUSQUE RITUS.

DEFINITIO, ET USUS VOCIS.

PURIFICATIO nomen verbale, à Purifico verbum, & quod est purum factio mundo. Transferunt ad significant liberationem à peccato, quomodo Apostolus dicit, Fide purificans corda eorum: Item communiter ad denotandam munditiam legalem olim usurpata. Sic Christo existente in nuptiis in Cana legimus ibi positas sex hydrias juxta purificationem Judæorum. I. Judæorum more, qui inter convivandum soliti erant frequenter lavare, unde constat, has hydrias

non ex composito ibi fuisse collocatas Joan. c. 2. verum Purificationis lex in scriptura intelligitur duntaxat circa puerperas, & quæ masculum, aut foemina peperissent. Erant enim hæc immunda propter fluxum sanguinis menstrui, qui eis in perpetuo contingit naturaliter. Sed de isto statim.

* PURIFICATIONIS LEX.

Purificationis lex illis verbis continetur Levit. c. 12. Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruz, & die octavo circumcidetur infans.

Ipsa vero 30. diebus manebit in sanguine purificationis suæ, omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec implentur dies purificationis suæ.

Si vero foeminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, juxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex dies manebit in sanguine purificationis suæ.

Cumque expleti fuerint dies pro filio, five pro filia, deferret agnum anniculum in holocaustum, & turtorem, five pullum columbæ pro peccato, & tradet sacerdoti, qui orabit pro illa, & sic mundabitur à profluvio sanguinis.

Primum hic notant DD. verbis istis (si suscepto semine pepererit masculum) excludi ab hæc lege Deiparam, quæ semen non suscepto concipiendo Christum, cujus etiam partus fuit purissimus, omnique sordis expert. Stulte, ait August. unde sordes in virgine matre, ubi non est concubitus cum homine patre? unde sordes in ea, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo passiva est dolorum? lib. de s. b. ber. 5. Itaque hanc legem servavit quoad ceteroniam purificationis, non quoad obligationem, & rationem legis.

Secundo inquirunt rationem diversitatis, cur post partum masculi tantum 30. post foeminae partum 60. diebus immunda censeretur? Plerique hanc diversitatem eliciunt ex hoc, quod tot dies ad naturalem maris, & foeminae formationem requiri autem, sed repugnant illis medici, unde vera ratio reddi nequit præter voluntatem legislatoris, nisi dicamus, in foeminis abundantiorum humorum fluxum, & sanguinis corruptionem esse, quam in partu viri, videantur Corn. à Lapide in c. 12. Levitici.

ABOLITA IN NOVA LEGE. Lex hæc, uti & ceteræ Cæremoniales, abolita est, sic, ut eadem nostræ puerperæ non obligentur, postquam statim à partu in templum ingredi, ut respondit Innocent. III. c. unico de purif. post partum.

Ubi tamen consuevit viger, ut puerperæ ad imitationem B. Virginis diebus XL. domi se contineant, Deoque gratias acturæ tum demum ad Ecclesiam veniant, devotio earum non modò non improbanda, ut dicit Innoc. sed ea retinenda, tanquam laudabilis consuetudo usi recepta, & unde etiam in Belgio observari mandant Synodi Mechliniensis, & Cameracensis, ac decernunt hanc Purificationem à proprio Parocho in eorum Ecclesiâ Parochiali fieri debere, cum proprio ad functionem pertineat pastoralorem, quamvis nunc Religiosi id passim usurpare nitantur etiam contradicentibus Episcopis, & Parochis.

Apud Æthiopes jam olim puerperæ purificatæ, ut constat ex particulari eorum Missa.

PURIFICATIONIS FESTUM. Consule Locum de S. Maria. Tit. Fœderitates Deiparæ. Item supra Locum de Processionibus, ubi de Processione tunc fieri solita.

* Purpura.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

PURPURA est piscis, vel potius concha, cujus sanguine tingunt lanam, quæ hoc colore nigricante infecta, inde pariter purpura dicitur. Ex ea olim fiebant, & sunt hodie vestes regie. Eratque illius usus in veteri Tabernaculo, ut videtur est Exod. 25. vers. 4.

U S U S.

Purpuræ usum libavimus verbo. Docet Ammianus l. 16. §. 17. Sozimus l. 4. Hegeppus, & alii, idque pluribus exemplis, fuisse olim crimen lætæ majestatis purpuram affectare, tanquam quæ Regum esset insigne.

Certè fuisse insigne regie, ac sacerdotalis dignitatis purpuram, etiam Lactant. l. 4. c. 7. affirmat.

Quod autem genus purpuræ, & à quo usurpatum primum, in ambiguo est.

Apud Romanos, teste Livio, concedebatur purpura Magi- A stratibus, pueris prætatis, Senatoribus, & sacerdotibus inter sacrificandum, triumphantibus, viris præclaris, & ob res gestas celeberrimis, qui etiam cum ejusmodi vestibus ad sepulturam deferbantur.

Purpuram Imperatoriam plerique omnes vocant. Unde Chrysost. serm. de Antiochio, ut privatus homo regiam sibi purpuram circumponens, unâ cum omnibus, qui se juve- rint, puniret ut tyrannus. Sidonius carm. 2.

Diademate crimem fastigatus eas, humerosque ex more priorum includat Sarrana Chlamys.

Immo & purpuram pro Imperatore ponit Claud. Paneg. 3. Sicilicet.

Posto jam purpura fastu. De se judicium non indignatur haberi.

Et quamvis primùm purpura usus promiscuus videatur fuisse, tamen vulgò tandem interdictus fuit. Et inter primos chlamydem purpuream induit Vitellius, ait Sueton.

Apud Livium, & Justinum purpurati vocantur aulici Regum Asiae.

ALEXANDER milites suos purpura ornatos incedere voluit. B Quin in sepulchris Imper. velamen purpureum fuit, quod quidam à tumulo Diocletiani furatus, quibusdam concisus oculatè dicebatur, ait Ammian. 1. 16.

Sed tantopere fuit ab Imp. expectata, ut ipsa etiam chelandia lembi, ac navigia quibus in mari procedebant, purpureo colore tingerentur, jussu usum Constantinum P. Diaconus refert.

Etiâ in purpura nasci Imp. filios volebant. Annal. lib. 7. Alexiadis domum fuisse scribit nomine Purpuram partui reginarum consecratam, cujus & meminit P. Diacon. 1. 23.

SPECIES, PRETIUM, OPIFICIUM.

Purpura species variae, duae reliquas coloris præstantia, & tenacitate excellunt, & Tyria, & Sidonia, utraque in pretio. Unde Ovid.

Et quæ bis Tyrio murice lana rubet, Et Seneca.

Nec Sidonio mollis abeno. Reperta bibit lana colores.

Laconice purpuræ meminit Valer. 1. 1. Argonaut. Illis Tænario pariter evenit ignea fuso Purpura.

At non erat cuivis liberum purpuram tingere, sed erat inter alios Magistratus præfectura Baphiorum, & tingende purpura, qua ut ingenti munere donavit in Tyro Dorotheum Eunachum Pamphili, ac Eusebii præceptorem Imperator, ut scribit Eusebius 1. 7. c. 28. Nicephor. 1. 6. c. 34.

Ammianus Marcellinus tradit 1. 14. tincturam purpuræ, si- ve officium purpurarium non cuivis permittum: extantque leges severæ adversus transgressores. C. lib. 2. tit. de vesib. holof. 39. lib. 1. quæ res venund. Immo ex iis apparet solum exerceri in Gynæciariis, adeoque à mulieribus. Hinc & Paulus Abo. 16. meminit mulieris purpuratæ, Πορφυροειδὸς quasi venditrix purpuræ.

Putantur tinctores ex Tyro, & Sidone primùm venisse, & Conchylia portasse, ex quorum sanguine efflorescit purpura, legatur S. Clemens 1. 2. Pædagog.

Puffillanimitas.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Puffillanimitas, Græcè ἀψυλλανίμιτις, & ἀψυλλανίμιτις, dicitur, quia, ut dicitur, puffillanimitas dicitur. Est autem puffillanimitas, virtus opposita magnanimitati per defectum, quia deficit puffillanimitas à proportionem suæ potentia, dum recusat in illud tendere, quod est commensuratum suæ potentia.

Puffillanimitas est contraria magnanimitati secundum defectum, præsumptio autem secundum excessum, ideo utraque est peccatum. B. Thom. 2. 2. q. 136.

Puffillanimitas, secundum Arist. est vitium, quo impotentes videntur animi, ad felicitatem, infelicitatemque, honorem & dedecus sustinendum.

Hoc igitur vitium supponit apprehensionem, qua quis omnis tanquam nimis magna, & facultatem suam, aut dignitatem excedentia concipit, quo fit, ut derideat officia, & dignitates, ad quæ idoneus aliis esset, aut opera bona, quæ aliis præstaret. Si autem id, quod derideat, tale sit, quod sub mortali peccato tenetur implere, erit peccatum mortiferum: secus veniale.

Puffillanimitas Physiognomiam describens Arist. cap. 6. Physiogn. dicit Puffillanimitas esse parvorum membrorum, articulo- rum, macrum, parvorum oculorum, parvæ faciei: qualis inquit fuit Leucardus Corinthinus.

Et iterum lib. de virtutibus, puffillanimitatis mores depingit his verbis:

Puffillanimitatis est non honorem, nec ignominiam, nec felicitatem, nec infortuniam posse ferre, sed honorem intumescere, & levi successu prospero auctum effreri, ignominiam autem ne minimam ferre posse, aberratio vero est, infortunium non dupudicare magnum, conqueri de omnibus, & ægro animo ferre: præterea talis, ut omnes neglectus contumeliam, & ignominiam vocet etiam per imprudentiam, & oblivionem admissos, quam concomitantur fordes, querimonia, diffidentia, humilitas.

* PUSILLANIMES

EX S. SCRIPTURA.

Cum dixisset Angeli ad Loch: in monte salvum te fac, Respondit: non possum in monte salvari, ne forte apprehendat me malum. Et tunc pejus ei accidit. Gen. 19.

Videntes Filii Israel Ægyptios post se, timerunt valde, licet viderent tot miracula facta pro eis potestate divina. Exod. 14.

Loquente Domino Moyfi in monte, Populus audiebat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumigantem, & perterriti, ac pavore percussi steterunt procul dicentes Moyfi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Exod. 20.

Revelatione facta de conditionibus terræ promissionis, quæ habebat cultores fortissimos, & verbes grandes, atque mutatas, dixit Turba: Utinam mortui essemus in Ægypto, & dixerunt, nuntii terrerunt nos. Sicut dicit Deut. 1. Nam. 13. 9. 14.

Videns BALAA rex Moab omnia, quæ fecerunt filii Israel Amorrhæis, & quod tenuisset populus ejus, plus confusus est in verbis quam in armis, unde nuntios misit ad Balaam, ut veniret, & malediceret filii Israel. Num. 22.

Exploratoribus, qui venerant ex parte Josue, dixit Rachab: Novi, quod tradiderit Dominus terram vobis, & jam iruit in nos terror vester, & clanguerunt omnes habitatores terræ. Josue 2.

Postquam Achan tulerat de anathemate Jericho, fugaverunt filii filii Israel, & conuertit ex eis triginta sex homines, perterritique cor populi, & inflat æque liquefactum G. est. Josue vero fecit vestimenta. Josue 7.

Gabaonites audientes cuncta, quæ fecerat Josue Jericho, & Hai, timerunt, & venientes ad Josue fecerunt pactum ad voluntatem ipsius. Josue 9.

Cum haberet Gedeon in exercitu suo triginta duo millia hominum, clamatum fuit. Qui formidolosus est, revertatur. Et reverta sunt ex populo viginti duo millia hominum. Judic. 7.

SAUL, & omnes Israelitæ audientes sermones Goliath Philistæi, singulare certamen petentes, stupebant nimis. 1. Reg. 17.

Congregavit Saul universum Israel, & venit in Gelboe, & vidit Saul castra Philistæum, & timuit, & expavit cor ejus nimis. 1. Reg. 28.

ROBOAM rudis, & corde pavido, non potuit resistere exercitui, quem Jeroboam congregavit contra eum. 2. Par. 13.

Cum audisset exercitus Assyriorum Holofernem esse de- collarum, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitata fugæ præsidium fumant. Judic. 15.

Nuntiatum est domui David, quod rex Israel, & rex Syriæ H confederati deberent contra Jerusalem præliari: & commo- vit cor ejus, & cor populi ejus, sicut commoverunt ligna sylvarum à facie venti. 1. Sam. 7.

Onus Tyri describens Ithas, dicebat, Formido, & fovea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. 1. Sam. 24.

Propheta JEREMIA ex parte Domini prophetante, Jerusalem capiendam esse, dixerunt principes populi Sedechi: Rogamus ut occidat homo iste, qui tanquam pavidus, & miser respondit eis: Ecce ipse in manibus vestris est. Neque enim fas est regem vobis quicquam negare. Jerem. 38.

DARIUS, Rex Persarum, statuit de consilio Sathraparum quoddam crudele decretum, quod cum transgressus esset Daniel, missus est in lacum leonum, & tamen displicuit regi, sed illis Sathrapis viriliter contradicere non audebat. Daniel. 6.

Videns JUDAS Machabæus quod refluxerat exercitus suus, & bellum perurgebat eum, confectus est corde, & in bello illo cecidit.

cecidit. Nec legitur idem Judas aliis in bellis, vel alibi timuif A se 2. Mach. 8.

NICANOR contraxit amicitias cum Juda Machabæo, quod displicuit Antiocho regi, & mandavit Nicatori, ut hinc mitteret ei Judam, qui hoc invite faciebat. Sed tamen voluntati regis resistere non audebat. Unde si potuisset, malam voluntatem regis implevisset. 2. Mach. 14.

Arguit Dominus puffillanimitatem Discipulorum, quia commotionem maris ipso præsentem timebant, unde ait: quid timidi estis modice fidei? Matth. 8.

Ambulans supra mare Petrus, veniebat ad Dominum. Videns autem Discipuli capi Dominum, & ligari, relicto eo fugerunt omnes. Petrus autem sequebatur eum à longè; quia appropinquare non audebat. Matth. 26.

Puffillanimitas Petrus fuit nimis, quando ad vocem unius ancilla Dominum post tanta audacia verba negavit. Eodem.

Similiter Adolphiensis ille amicus sindone, cum teneretur à ministris, maluit amittere sindonem, & nudus aufugere, quam sibi amplius remanere. Marc. 14.

Puffillanimitas videtur fuisse in Nicodemo, quod ipse venit ad Jesum nocte, quasi non venire audeat de die. Joan. 3.

Parentes illius cæci nati, à Domino illuminati, responderunt timide Pharisæis, eo quod timebant extra synagogam fieri. Joan. 9.

PUSILLANIMITAS, ANIMI DEJECTIO

IN HONORE, VEL ACQUIRENDO, ACCEPTANDO QUO, QUALI. PUTA. Episcopatum.

Cum EVAGRUS presbyter ad Episcopatum obeundum ali- quando à Theophilo Alexandrino impelleretur, per fugam elapsus est: quod & ante eum Ammonius fecerat. Cui cum Evagrus objecisset, reum se fecit coram Deo, quod ut ne Episcopus crearetur, autem sibi amputasset: respondisse ei Ammonius fertur: An non putas penas te daturum, Evari, quod linguam tu tibi propter pusillanimitatem, collato tibi à Deo docendi dono non utens, abscideris? Socrates 1. 4. c. 23. Sozomenus 1. 6. c. 30.

Præfeturam.

Visto, & fugato in acie Pharfalica Pompeji, cui Cicero C valetudinis causa non interit: Cato, qui magnas copias, & clauem habebat Dirrachii, contendit, ut exercitui Cicero cum imperio præficeret. Ita conveniens legibus esse, quod dignitate consulari præcelleret. Cicero quia repudiaret imperium, planèque detrectaret eorum arma sequi, penè fuit interemptus, Pompejo adolescente, ejusque amici proditorum cum vocantibus, & gladios dirtingentibus: nisi obtulisset Cato, qui agrè eripuit eum, & castris eduxit. Plut. in Cicerone.

Comitatum honorificum.

DOMITIANUS Cæsar oblatum à Senatui novum, & inexpectatum honorem, quamquam omnium talium appetentissimus, metu infidurum, recusavit: quo decretum erat, ut quoties gereret consularum, equites Rom. quibus fors obtigisset, trabeati, & cum hæc militariibus præcederent cum, inter hætores, apparitorumque. Suetonius.

PROPTER QUID. OB Fortitudinem.

D Obsidente Dertonom Mediolanensis amicum Friderico I. Imp. Serator quidam, ut reliquos ad simile petendum decus accenderet, gladio, clypeo, & parva securi sumpta, aggerem, qui iubeat turri altissima præjacebat, confendit, ac via, qua pedem figeret, securi facta, in montem evasit, atque ad semitum turri proceffit, nullis lapidum, telorumque ictibus territus, ibique viriliter pugnantem etiam armatum ad suos terram deprecatur, atque inter tot pericula inviolatus revertitur ad suos. Cujus facti admiratione Fridericus affectus, hominem ad se vocari, ac militari cingulo donatum equitem esse iussit. Verum ille se plebejum esse, atque in eo ordine esse iussit. Verum respondit, quamobrem liberaliter donatus ad contubernium suum est remissus. Sigon. 1. 12. regni Ital.

Pidon.

PHERES, rex Thesaliæ, pro Admeto filio mori recusans, eodem obsecrante sibi, quod ignominiosus mortuus esset, respondit apud Eurip. in Alcestide.

Κατὰ δούλον, ἢ μὴδὲ δούλον μὴ. Male audire, non curæ est mortuo mibi. E

CONSERVANDO.

QUEM, QUALEM HONOREM. PUTA Magistratum.

Quidam tradiderunt, Pittacum, ubi se abdicasset Impe- tio, dixisse, χαρῶν ἰσθμὸν ἡμῶν, id est, difficilia bonum esse. At Solonem, Pittaci mollitiam, atque ignaviam taxan- tem, dixisse χαρῶν αἰ κῆρῶν: id est, Difficilia quæ honesta, utriusque dictum in proverbium abiisse. Ex estimationem Republicæ.

CLEOMENE rege Laconum, qui Iliagoram Athenas redu- xerat, ejecto, Athenienses revocatis cum Clithene septin- gentis militum familiis, quos Cleomenes exegerat, Sardis miserunt Legatos ad contrahendam cum Peris societatem, veriti potentiam Lacedæmoniorum. Ut Sardis venire nunci- ii, mandataque exposuere, percontatus est eos Artaphernes Hyllaspis filius, Sardium prætor: Quinam homines essent, Athenienses: & ubi terrarum incolentes, qui socii Persarum fieri orarent. Ubi id ex nunciis audivit, ita eis ingenuè respon- dit: Si regi Dario terram darent, & æquam, se contrafractum cum eis societatem: fin minus, illos abscedere præcepit. Nuncii inter se collocuti, quod societatem facere cuperent, datatos se esse dixerunt. Quo nomine ubi reversi sunt domum, vehementer accusati sunt. Herod. 1. 5.

QUOMODO. VIDELICET

Terendo objurgationem.

LUDOVICUS XI. Gallorum rex, Corterii medici objurga- tiones, quas vix mediocriter ab impotente domino ferret, tam stupida tulit patientia, ut qui erga omnes tyrannum se ge- rebat, medici mancipium esset: cujus arte se immortalem fore stultissimus homo sperabat. Phil. Comineus. Humilitate.

PERSEUS, Macedoniæ rex, à L. Paulo Emilio captus, tam humilem sēgessit, & contemptum, ut in fatis servi ad pedes victoris sese abjecerit, hocque ipso Emilii viciorum per se splendendam, ignaviae suæ ostentationem affulcrum. Plut. in Emil.

Cum LADISLAO Hungariæ, & Boemæ regi Magdalena Caroli VII. Galliarum regis F. desponsata esset, & ea jam per lega- tos foret abducenda, de nuptiarum loco est oborta contentio. Hungari Buda, Austriales Vienna, Boemi Praga nuptias celebra- ri censebant oportere. Cum rex animi dubius hæretet, Georgius Pogiebrachus, Boemæ gubernator, cum octingenti equitibus in Austriam ad Danubium usque venit, magna se habere dicens, quæ regi communicaret. Traiecit Danu- bium, ac urbem intrare iussit, recusavit, se Vienneses semper suspectos habuisse. Rogatus per internuncios, arca- na quæ haberet, regi nunciaret, pertinacius abnuvit: ac affirma- vit. Nemini se illa, præterquam regi tantum, esse credi- turum. Rex tandem victus, in tanta pertinacia præter digni- tatem majestatis suæ, cum togato ferè trium millium equi- tum exercitu, potius quam sagato, Danubium ad gubernato- rem trajecit. Inter bina castra in ulteriori Danubii ripa tabernaculum ad singulare colloquium paratur. Dies qua- tuor colloquium habitum. Tandem ita discessit, ut gubernator iratus, & minabundus in Moraviam recederet. Rex ea nocte Viennam se recepit: eumque mox possenti- tia non parva subit, gubernatorem, in cujus manu Boemici regni tumina foret, indignandum dimissit. H

Quotidam ex optimatibus repente dimisit, qui autem hominem reconciliatum reducerent, aut si non possent, omnia regem postulata pollicerentur. Cum in Moravia Georgium conse- quuti ab timere revocare non possent, regis transfugum in Boemiam promissere, celebrationem quoque nuptiarum Pragæ futuram nunciaverunt. Unde non parva propinati La- dislao, Pragæ subito mortuo, veneni suspitione, Georgius laboravit. Bonfin. 1. 8. Dec. 3.

Fugiendo.

CN. POMPEJUS clade Pharfalica accepta, magnum se non esse amplius recordans, antonino similis, castris absque comi- tatu se lento gradu ad mare contulit, pristini decoris, & mag- nanimitatis penitus oblitus. Plutarchus.